



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


Tail  
D  
93


J. P.

**Arnold Arboretum**  
Harvard University  
**Library**





FROM THE FUND BEQUEATHED BY  
**Charles Sprague Sargent**  
*Class of 1862*  
DIRECTOR OF THE ARNOLD ARBORETUM  
1873-1927











SYNOPSIS  
PLANTARUM,  
SEU  
ENCHIRIDIUM BOTANICUM,  
COMPLECTENS  
ENUMERATIONEM SYSTEMATICAM SPECIERUM  
HUGUSQUE COGNITARUM.

CURANTE  
DR. C. H. PERSON,  
DIVERSARUM SOCIETATUM MEMBRO.

---

In parvo copia. . .

---

PARS PRIMA.

PARISIIS LUTETIORUM,  
Apud CAROL. FRID. CRAMERUM.  
ET TUBINGÆ,  
Apud J. G. COPTAM.

---

1805. *Heber*

12-19  
13-2



---

## PRAEFATIO.

QUUM duo abhinc et quod excurrit annos, suasu cl. *Crameri*, amici conjunctissimi itidemque Botanices amantissimi, hocce qualecumque opusculum exarandum susciperem, rei herbariae studiosis non melius posse consuli arbitrati sumus, quam si quae hucusque in variis aut nimis voluminosis operibus descriptae extant plantae, in *excursibus* colligerentur, quod excursionibus et visitandis hortis botanicis inservire possit; et luculentissima plantarum messis, Botanicorum solertia in dies crescens, angusto quasi horreo comprehenderetur. Quam ob rem non solum eligenda erat typographo minutissima, eoque elegantissima, libelli et characterum typographicorum forma, verum etiam auctori elaborandum, ut, omissis supervacaneis synonymis, amplisque vegetabilium descriptionibus, quibus in ingentem molem evadere solent spissa illa volumina, essentialia solum, quos vocant, exhiberentur characteres tum generici, tum specifici, atque pauca tantummodo laudarentur opera, in quibus icones inveniantur, aut majores praesto sint plantarum adumbrationes.

\*

Quum vero haud raro solis ex phrasibus, ob earum brevitate, non rite dignosci queant plantæ; non ex re fore putavi, si characteribus specificis aliquando subjicerentur observationes breviusculæ, aut, qui novissimis præsertim temporibus innotuere, stirpium virtutes tam medicæ quam physicæ, nec non usus œconomicus commemoraretur. Quod vero nec ubique, nec amplis verbis factum; quippe vetabat instituti nostri ratio.

Quantum vero fieri potuit, et per temporis huic operi perficiendo præscripti angustias licuit; definitum mihi fuit et propositum, in eo imprimis studere, ut, si non omnes, pleræque tamen cognitæ species, brevissimo coercerentur spatio. Quocirca non pauca consultanda erant opera, ex quibus summi LINNÆI *Species Plantarum*, ex curatione celeberrimi WILDENOWII (cui plures observationes inde depromptas me debere, grata agnoscente,) eo lubentius secutus sum, illudque opus, utpote locuples præ ceteris, allegavi, quo majorem ibi quisque synonymorum et descriptionum copiam pervolvere potest. Sed recentiora etiam, bene multa scripta, quæ, si, vel novarum specierum, vel observationum quas continent.

gazam, aut iconum elegantiam et fidem spectes, ditissima sunt, in usum meum converti.

Quanto stirpium, tum plane novarum, tum ex laudatis operibus haustarum numero, Synopsis nostram augere et ornare contigerit, quisque facile intelliget, qui ejus comparisonem ad alia vel maximi voluminis opera instituere velit. Monendum tamen est, nonnulla recentiora Botanicorum scripta, quæ sub libelli confectionem in lucem prodire, nimis sero, quod doleo, aut nondum in manus mihi pervenisse: quæcunque igitur vel novæ ibi extant species, aut quæ ex industria nonnunquam hic sunt omissæ, accuratius adhuc requirentes examen, eas *Mantissa* exhibebit, ad finem operis proditura.

In ingenti e contrario vegetabilium numero, quo scientia botanica nunc superbit, nullus judex æquus gravi mihi, opinor, vertet vitio, si forsitan aliquæ species sub diverso aut eodem genere his enumerentur, quarum nonnullæ inter *Emendanda* jam sunt adnotatæ. Etenim non unius hominis est, omnes examinare aut ex autopsia cognoscere plantas; sed plurimas fide auctorum adoptare necesse est, quarum descriptiones aut diffe-

rentiæ aliquando nimis breves sunt , aut , forte pro speciminum conditione ad quæ sunt compositæ , inter se differunt. A Botanicorum humanitate hinc in scientiæ emolumentum] petimus , ut tales nobis indicent operis defectus et hallucinationes , communicatis simul , si fieri possit , plantis , ut novis ab iis descriptis.

A systemate sexuali , omnium artificialium ceteroquin optimo , in eo recedere coactus fui , ut classem *Polyadelphiam* et *Polygamiam* , cum Botanicorum ut credo consensu , supprimerem , quo plura genera vinculo naturali inter se connexa invicem magis approximarentur : ex. gr. ut unum exemplar omnium adducam , genera *Metrodiseros* e classe Polyandria , et *Melaleuca* ad Polyadelphiam relata , quæ tantummodo inter se filamentis simplicibus aut ramosis differunt. Classis *Polygamia* partium abortu nec ratione solida innixa , plura talia offert specimina.

Characteres genericos et específicos , ubi hoc necessarium videbatur , ex meis aliorumque observationibus emendavi et auxi. Nomina , sic dicta trivialia , rarissima mutavi , nisi hoc aut error postularet , ubi nempe planta

quædam a patria plane diversa est denominata, (ex. gr. *Cruzita hispanica* L., quæ in America crescit; *Bergia apensis*, planta indica; *Rumex Britannicus* (nomen videtur pharmacopæum) in Anglia nondum detectus, sed America indigena; *Erica caffra*, ex Europa australi,) aut si nomen nimis sesquipedale et minus sonorum videretur. E contrario in parenthesi nomen quasi secundarium passim addidi, quo idea plantæ forte distinctior concipi possit.

Ex stirpibus jam cognitis necessarium aliquando esse ratus sum peculiaria constituere genera, præsertim si natura fructuum aliarumque florum partium hoc requireret. Melius autem judicavi, eas species (nonnullis forte tamen excipiendis) ab aliis leviter in caractere generico aberrantes, imprimis si genus minus amplum sit, sub divisione peculiari aut subgenere, quo etiam nonnulla Botanicorum recentiorum genera relata sunt, comprehendere, ne ultra necessitatem genera multiplicentur; ad quod ceteroquin ætas nostra nimis proclivis videtur. Quo etiam spectat nimia facilitas aut abusus, quod plantæ sæpe induantur nomine hominum obscu-

rorum, aut aliis in artibus vel litteris, in re vero botanica non aut vix versatorum; unde nuncupationis ratio nec amplius incitamentum, nec merces laboris æstumari poterit.

Ad finem cujusve classis species illae anomalae enumeratae sunt, quæ si solummodo partium frutificantium numeri rationem habeas, ibi quærendæ sunt. Hæc a LINNÆO aliisque auctoribus, in clavi ita dicta generum, etiam inveniuntur adnotatæ.

Varietates præcipuæ et subspecies non omissæ sunt. Speciebus obscuris, aut quoad sedem dubiis, vel accuratiori indagatiõni subjiciendis, signa crucis seu asteriscum apposui.

Virorum meritissimorum conatus ac studium semper in eo collocatum fuit, ut methodus inveniatur, qua plantarum genera serie naturali in diversas disponantur tribus, quas facilius ob eorum multitudinem mente complecti et illorum diversitatem observare possimus. In systemate contra mere artificiali, a particulari plantarum parte, nec toto habitu simul considerato, composito, non raro genera immo et species in variis classibus, nec non ordi-

nibus, relationi, quæ inter ea obtinet, plane contrariò, existunt dispersa.

Attamen negari non potest, in ipso systemate Linnæano, characteribus pluribus minusque variabilibus innitente, non solum plura genera, habitu naturali convenientia, juxta se invicem collocata, sed et integras classes, pauca genera intermixta si excipias, naturales esse, ex gr. *Didynamia*, *Tetradynamia*, *Monadelphica*, *Diadelphia*, *Syngenesia*, *Gynandriæ* prior ordo et *Cryptogamia*. Ubi nunc in prioribus classibus talium generum cohors occurrit, nomen familiæ s. ordinis naturalis plantarum cum suis characteribus succinctis in eorum gratiam anteposui, quibus methodus naturalis minus familiaris est. Hoc vero in *Hexandria* haud necessarium autumavi, cum plurima genera satis inter se congruant, et de eorum distributione aut potius limitibus auctores methodi naturalis adhuc dissentiant.

Ad hunc finem ill. A. L. DE JUSSIEU *Genera Plantarum*, opus vicissitudines in scientia sæpe obvias non facile subiturum, ut optimum secutus sum. Meum etiam est, celeberrimo ac humanissimo hujus libri auctori de

ejus in me beneficentia gratias reddere sincerrimas, quod herbarium suum, ut inter omnes constat, ditissimum, non raro perscrutari mihi permiserit.

Grata quoque mente laudanda est eorum virorum in me benevolentia, qui mecum aut observationes communicarunt aut novas plantas describendas concesserunt, vel rarioribus collectionem meam augere voluerunt; hi nomina sua singulis symbolis, mihi ab illis concessis, adscripta inventuri sunt.

C. H. PERSOON.

Dabam Parisiis, die 12 Martii, 1805.



# SYNOPSIS SPECIERUM PLANTARUM.

## CLASSIS PRIMA.

### MONANDRIA.

#### MONOGYNIA.

*Scitaminea* (Gen. 1-16.) forte melius ad Gynandriam referenda, caule sunt herbaceo, petioliis vaginantibus tecto, foliis nervosis: junioribus convolutis, floribus spathaceis, filam. ad styli basin inserto. Stam. duo in Globba.

1. **CANNA.** *Cor.* 6-partita, repecta. *Nect.* bipartitum, revolutum. *Styl.* lanceolatus, corollae adnatus. *Cal.* 3-phyl. *Caps.* muricata.

1. *paniculata*, fol. ovatis, subtus lanatis argenteis; petalis interioribus brevioribus. Ruiz et Pavon. Flora Peruv. et Chilensis. vol. 1. p. 1. t. 1. f. 1. Hab. in Peruvia. *Caps.* obovata, echinata.  $\bar{\tau}$

2. *Iridiflora*, fol. ovatis acuminatis, lacinias tribus corollae interioribus majoribus. Flor. peruv. l. c. Hab. in Peruvia. *Cor.* laciniae 3 exteriores purpurasc. *Caps.* oblonga, maxima. Fol. subtus lanata.  $\bar{\tau}$

3. *indica*, foliis ovatis utrinque acuminatis costatis. C. fol. ovatis utrinque acuminatis nervosis. Willd. spec. plant. Lin. 1. p. 3. Knorr. del. hort. 2 t. C. 2. Rumph. amb. 5 p. 177. t. 71. t. 2. lacinias corol. subaequalibus. Fl. Peruv.  $\bar{\tau}$

4. *latea*, petalis interioribus erectis luteis, nectaris lacinia revoluta lineolis rubicundis irrorata, foliis ovato-ellipticis. Ait. hort. Kew. 1. p. 1. Hab. inter tropicos Asiae, Africae, Americae.  $\bar{\tau}$

4. *coccinea*, fol. ovatis nervosis, bracteis ovatis pulverulentis. Mill. dict. Ait. l. c. Omnino species distincta videtur, cura humilior sit et jam primo vere floreat. Fol. breviora et laeviora.  $\bar{\tau}$

5. *angustifolia*, foliis lanceolatis petiolatis costatis. Willd. loc. cit. Pis. bras. 213. Hab. inter tropicos Americae, in umbrosis spongiosis. C. indica humilior et angustior.  $\bar{\tau}$

6. *glauca*, fol. lanceolatis glaucis subtus enervibus. Willd. Dill. elth. 69. t. 59. f. 69. Hab. in Carolinae aquis.  $\bar{\tau}$

7. *juncea*, foliis linearibus nervosis. Retz. obs. fasc. 1. p. 9. n. 1. Hab. in China. Corolla parva obscure rufa.  $\bar{\tau}$

2. **HELLENIA.** *Cor.* limbus duplex, exterior subtrifidus. *Nectar.* diphyllum vel bifidum. *Capsula* trilecularis, coriacea, inflata, subglobosa. *Calyx* spathiformis, campanulatus bifidus.

1. *Allughas*, nectaris diphyllis, capsulis subspongiosis, foliis integerrimis. Willd. spec. pl. 1. p. 4. Hereiera Allughas Retz. obs. fasc. 6. p. 17. tab. 1. Rheed. mal. 11. p. 29. t. 14. Hab. in Zeylona. Inflorescentia totius generis pauciloba.  $\bar{\tau}$

2. *alba*, nectaris diphyllis, capsulis striatis; foliis integerrimis. W. Moritiera alba. Retz. obs. fasc. 6. p. 18. fasc. 3. p. 61. Hab. in China.  $\bar{\tau}$

3. *chinensis*, nectaris diphyllis, foliis ciliatis. W. Retz. obs. fasc. 6. p. 18. Colitur in hortis Sinesium. ¶

4. *aquatica*, nectaris monophyllis bifidis, foliis margine denticulatis. W. Retz. obs. fasc. 6. p. 18. Habitat in Indiae uliginosis inter frutices. ¶

3. **RENEALMIA.** *Cor.* trifida. *Nectar.* oblongum. *Cal.* monophyllus in 2 s. 3 dentes irregulares: rumpens. *Anth.* sessilis, nectario opposita. *Bacca* carnosae.

1. *exaltata*. Willd. Sp. pl. 1. p. 6. Hab. in Surinamo. Arbor 20-pedalis. ¶

4. **AMOMUM.** *Cal.* 3-fidus, inaequalis, cylindricus. *Cor.* 3-partita, inaequalis, patens. *Nect.* 2-labiatum, erectiusculum.

1. *racemosum*, scapo spathis oblongis tecto, racemo composito Fl. peruv. 1. p. 2. t. 1. f. b. Copiose in Peruviae sylvis. Cannum refract. Caps. nigra leviter striata. Sem. acria oleosa. ¶

2. *thyrsoidum*, scapo spathis oblongo-ovatis vestito, spica conico-thyrsoides. Fl. peruv. 1. c. t. 2. Cum priore crescit. Capsula magna ventricosa. Rad. tuberosa fasciculata. ¶

3. *Zingiber*, scapo mediocri, spica ovata, foliis lineari-lanceolatis. Swartz obs. p. 2. Rumph. amb. 5. p. 156. t. 66 f. 1. Willd. S. P. 1. p. 6. ¶

4. *Zerumbet*, scapo nudo, spica oblonga obtusa, squamis subrotundis, foliis ovato-lanceolatis. Hort. cliff. 3. Ehret. pict. t. 14. f. 1. Mill. dict. v. 2. ic. 17. t. 25. Blackw. Herb. t. 402. Hab. in India. ¶

5. *Zedoaria*, scapo nudo, spica laxa truncata. Berg. mat. med. p. 4. Amomum latifolium. Lamarck encyclop. 1. p. 133. Petit. Gazoph. t. 23. f. 1. Rheed. mal. 11. p. 13. t. 7. Hab. in India. ¶

6. *sylvestre*, scapo nudo, spica elongata, lreteis oblongis ventricosis, foliis lato-lanceolatis. Swartz prod. 11. Sloan. jam. 61. hist. 1. p. 165. t. 105. f. 2. Hab. in sylvis Jamaicae. ¶

7. *Mioga*, scapo brevissimo, capsula ovata, foliis ensiformibus acutis. Thunb. Jap. 14. Kaempf. am. exot. 5. p. 826. Hab. juxta Nagasaki in Japonia. Proximo ad Amomum Cardamomum. ¶

8. *angustifolium*, scapo nudo brevissimo, spica capitata, fol. lineari-lanceolatis. W. l. c. p. 2. Sonnerat it. tab. 137. Lamarck encyclop. 1. p. 132. Habitat in paludibus Insulae Madagascaricae. Caulis 8-vel 10-pedalis. ¶

9. *Cardamomum*, spica radicali sessili obovata, foliis obovato-ellipticis cuspidatis. A. scapo simplicissimo brevissimo, bracteis alternis laxis. L. Blackw. tab. 584. et 585. Rumph. amb. 5. p. 152. t. 65. f. 1. ¶

10. *villosum*, scapo vaginato brevissimo, spica subrotunda, bracteis lanceolatis flore longioribus. Willd. l. c. A. villosum, scapo brevi reclinato; bracteis linearibus, fructu villosu. Loureiro coch. A. p. 4. Rumph. amb. 6. p. 137. t. 61. f. 2. Hab. in montosis udibus Indiae. ¶

11. *repens*, scapo ramoso decumbente, foliis lanceolatis. Sonnerat it. ed. germ. 2. p. 188. t. 136. Rheed. mal. 11. p. q. t. 4-5. Hab. in montibus. Gate Malabaricae. ¶

12. *Gramm. Paradisi*, scapo ramoso laxo, foliis ovatis. Blackw. t. 385. Rheed. mal. 11. t. 6. Hab. in Madagascar, Guinea, Zeylona. ¶

5. **HORNSTEDTIA.** *Cal.* bifidus. *Cor.* tubus longus filiformis, limbus duplex: exterior 3-partitus. *Nect.* tubulosum. *Capsula* trilobularis oblonga.

1. *Scyphus*, foliis subtus tomentosis. Retz. obs. fasc. 6. p. 18. Willd. S. P. p. 9. Hab. in nemorosis prope Malaccam. ¶

2. *Leonurus*, foliis glabris ciliatis. Retz l. c. Hab. in sylvis Malaccae. ¶

6. **HEMICHUM.** *Cal.* 1-phyllum duplex, 5-partitus. *Styl.* longissimus. *Nect.* 2-phyllum.

1. *coronarum*. Willd. l. c. p. 10. Retz. fasc. 3. p. 73. n. 20. Rumph. amb. 5. p. 175. t. 69. f. 3. Lam. ill. gener. p. 7. n. 16. t. 1. f. 3. In India, Java. ¶

7. **COSTUS.** *Cal.* 3-fidus gibbus. *Cor.* 3-partita, ringens. *Nectar.* 2-labiatum: labio inferiore maximo 3-lobo. *Bacca?*

1. *arabicus*, foliis utrinque glabris, spica pauciflora, squamis apice foliaceis, summis fastigiatis. Willd. l. c. Blackw. t. 304. Merian. surin. 36. t. 36. In America calidiore. ¶

2. *spicatus*, foliis utrinque glabris, spica multiflora subovata arcte imbricata: squa-

mis ovatis simplicibus. Swartz prod. 11. Alpinia (*spicata*) floribus spicatis. Murr. S. V. p. 51. Jacq. amer. p. 1. tab. 1. Morris. hist. 3. p. 251. s. 8. t. 14. f. 8. Hab. ad ripas inque montosis insularum Caribaeorum et in Brasilia. ¶

3. *speciosus*, foliis subtus sericeo-villosis. Smith. Act. Soc. Lin. Lond. 1. p. 249. Costus arabicus. Jacq. Icon. rar. vol. 1. tab. 1. Amomum hirsutum. Lamarck encyclop. 1. p. 134. tab. 3. Hab. in India orientali. ¶

4. *echinatus*, spica radicali, capsulis echinatis globosis. Amomum echinatum. Willd. spec. pl. L. 1. p. 3. Globba uviformis Rumph. 6. p. 134. t. 61. f. 1. In Indiae sylvis. Planta obscura, forte distincti generis, cujus capsulam Rumphius l. c. ut baccam describit, quare cum hoc ad genus retuli. ¶

5. *scaber*, thyrsu conico, bracteis ovatis adpressis, corol. semiclausis. Fl. peruv. 1. p. 2. t. 3. In sylvis Peruvianis. Fol. subtus pubescentia, vaginae post eorum delapsam scabrae. Cor. alba. ¶

6. *laevis*, thyrsu conico bracteis lanceolatis spice incurvis, cor. patentibus. Fl. peruv. p. 3. Cor. luteo-carnea. ¶

7. *argenteus*, thyrsu oblongo, bracteis reflexis, cor. patentibus. Fl. peruv. p. 3. t. 4. Hab. cum priore in Peruvia nemoribus umbrosis humidis. Fol. pendula subtus argenteo-pubescentia. Cor. lutescens. ¶

8. *Zerumbet*, spica (racemo simplici) recurva laxa. Zerumbet speciosum Wenzland sert. hannov. fasc. 4. p. 3. t. 19. Flor. albedo-rosci. Carina (Nect. lin.) maxima, margine undulata flava. In China. ¶

8. ALPINIA. *Cal.* 3-dentatus aequalis tubulosus. *Cor.* 3-partitae qualis. *Nect.* 2-labiatum: labio inferiore patente.

1. *racemosa*, racemo terminali spicato, floribus alternis, nectarii labio trifido: foliis oblongis acuminatis Swartz obs. p. 5. Plum. ic. 10. t. 20. Sloan. jam. 61. hist. 1. p. 165. t. 105. f. 1. In sylvis depressis submontanis Americae californiae. ¶

2. *Galanga*, racemo terminali laxo, floribus alternis, nectarii labio emarginato, foliis lanceolatis. Willd. Sp. p. 12. Rumph. amb. 5. p. 143. t. 63. In India orientali. ¶

3. *comosa*, spica terminali comosa, bracteis flore longioribus coloratis, foliis oblongo-ovatis pubescentibus. W. Jacq.

Icon. rar. vol. 3. Ad Caracas in America. ¶

4. *occidentalis*, racemo radicali composito erecto, nectario spice emarginato, capsulis trilocularibus, foliis lanceolato-ovatis glaberrimis. Swartz prod. 11. Hab. in sylvis Jamaicae et Domingo. ¶

9. MYROSMA. *Cor.* 5-partita irregularis. *Cal.* duplex: exterior 3-phyllus, interior 2-partit. *Caps.* 3-gona 3-locul. polysperma.

1. *cannaeformis*. L. Willd. 1. p. 13. Hab. in Surinamo. ¶ (Phrynia affinis.)

10. MARANTA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-fida. *Nect.* 3-partitum, lacinia tertia superiori latere antherifera. *Caps.* 1-locul. 1-sperma.

1. *arundinacea*, culmo ramoso herbaceo, foliis ovato-lanceolatis subtus pilosiusculis. W. Sloan. jem. 22. h. 1. p. 253. 149. f. 2. Hab. in America calidiore. ¶

2. *Tonchat*, culmo ramoso fruticoso, foliis ovatis glabris. W. Rumph. amb. 4. p. 2. t. 7. Hab. in sylvis Indiae, Cochinchinae. ¶

3. *malaccensis*, culmo simplici, foliis oblongis petiolatis subtus sericeo pubescentibus. W. Rumph. amb. 5. p. 177. t. 71. f. 1. Hab. in Malacca. ¶

4. *capitata*, caule simplici apice florifero, capitulo globoso depresso, Flor. peruv. 1. p. 3. t. 8. In Peruvia umbrosis humidis. *Caps.* 3-valv. 3-lombaris. Cor. lac. interne nectarium proprie representant. l. c. ¶

5. *lateralis*, caule simplici ad medium florifero, capitulo globoso. Flor. peruv. 1. p. 4. Cum priore. An satis distincta?

6. *comosa*, acaulis, scapo nudo spicato comoso, comae foliolis reflexis. W. Hab. in Surinamo. ¶

11. GIOBBA. *Cal.* superus, 3-fidus. *Cor.* aequalis, 3-fida, *Caps.* 3-locularis. *Sem.* plurima. *S.am.* 2.

1. *Marantina*, spica terminali erecta Mant. p. 170. Willd. Spec. Pl. L. 1. p. 153. In India orientali. Spica terminali, fl. remotis. ¶

2. *nutans*, spica terminali pendula, foliis elliptico-lanceolatis Willd. l. c. Rumph. amb. 6. p. 140. t. 62-63. Cum priore

3. *Japonica*, spica terminali cernua, fol. ensiformibus, Thunb. Flor. Jap. p. 23. In Japonia. ¶

4. *uviformis*, spica laterali. Mart. p. 171. Rumph. amb. 6. p. 138. t. 69. f. 2 in India. ¶

12. **CURCUMA**. *Cal.* bifidus. *Cor.* 4-partita. *Nect.* 3-lobum. *Anth.* basi bicalcarata.

1. *rotunda*, foliis lanceolato-ovatis: nervis lateralibus rarissimis. Willd. S. P. p. 14. Rheed. mal. 11. p. 19. t. 10. Hab. in India. ¶

2. *longa*, foliis lanceolatis: nervis lateralibus numerosissimis. L. Mat. med. p. 35. Blackw. t. 366. Swartz. obs. p. 8. Amomum (*Curcuma*) scapo spathis laxis ex centro foliorum. Murr. S. V. p. 50. Jacq. hist. v. 3. t. 4. Rheed. mal. 2. p. 21. t. 10. In India. ¶

13. **KAEMPFERIA**. *Cal.* obsoletus. *Cor.* 6-partita: laciniis tribus majoribus patulis, unica bipartita. *Stigma* bilamellatum.

1. *Galanga*, foliis ovatis sessilibus. Hort. cliff. 2. t. 3. Rumph. amb. 5. p. 173. t. 69. f. 2. Kemptf. amoen. 901. t. 902. Lam. ill. p. 7. Hab. in India. ¶

2. *rotunda*, foliis lanceolatis petiolatis. Blackw. t. 599. Rheed. mal. 11. p. 17. t. 9. Hab. in India. ¶

14. **THALIA**. *Cor.* 5-petala: duo interiora minora. *Nectar.* lanceolatum concavum. *Drupa* nucem uniloculari. *Cal.* triphyllum.

1. *geniculata*, corollis pentapetalis: nectario lanceolato. Plum. gen. 26. ic. 108. f. 1. Maregr. Bras. 53. Hab. in America meridionali. Caulis humanam staturam superans, levissimus, simplicissimus. Rachis geniculato-flexuosus. ¶

2. *cannaeformis*, corollis herapetalis: nectario bifido erecto. borst. prod. n. 3. Hab. in Mallicollo inter novas Hebrides.

15. **PHRYNIUM**. *Cal.* 3-phyllum. *Petala* 3, aequalia, tubo nectarii adnata. *Nectarium* 1-phyllum, tubo filiformi, limbo 4-partito. *Caps.* 3-locul. *Nuces* 3.

1. *capitatum*. Willd. sp. 1. p. 17. Pontederia (ovata) foliis ovatis, floribus capitatis. Spec. pl. 412. Rheed. mal. 11.

p. 67. t. 34. Hab. in Malabarica, Cochinchinae, Chinae locis umbrosis humidis. ¶

16. **PHYLIDRUM**. *Spatha* 1-flora. *Cal.* 0. *Cor.* 4-petala irregularis. *Capsula* 3-locul. polysperma.

1. *lanuginosum*. Gaertn. sem. 1. p. 62. tab. 16. fig. 10. Lam. ill. gener. 1. p. 32. t. 4. Hab. in locis humidis Cochinchinae et Chinae. Folia subulata crassa lanuginosa.

17. **CUCULLARIA**. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala inaequalis calcarata. *Filamentum* petaliforme. *Anthera* loculis discretis!

1. *excelsa*. Willd. sp. 1. p. 17. Vochisia. Lam. ill. p. 35. Aubl. gujan. 1. p. 18. ab. 6. In sylvis Gujanae. Arbor. ¶

18. **QUALEA**. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* dipetala. *Bacca*?

1. *rosea*, petalo inferiore obtuso, foliis acuminatis. W. Aublet. guj. 1. p. 5. tab. 1.

2. *caerulea*, petalis emarginatis, foliis acutis. W. Aubl. guj. 1. p. 7. tab. 2. Hab. uti prior, in sylvis Gujanae. ¶

19. **LOPEZIA**. *Cal.* 4-phyll. *Cor.* 5-petala inaequalis. *Capsula* 4-locul. 4-valvis polysperma.

1. *racemosa*, caule herbaceo ramoso, foliis alternis ovato-lanceolatis serratis, floribus racemosis. Cavan. icon. 1. n. 16. t. 18. L. mexicana. Jacq. ic. v. 2. Willd. p. 3. Habitus Circaeae. ☉

β *hirsuta*, tenerior hirsuta. Jacq. coll. austr. suppl. p. 5. t. 15. f. 4. Crescit eum priore, qua multo minor et fragilior, prope Mexico. An mera varietas?

20. **USTERIA**. *Cal.* 4-dentatus: lacinia unica reliquis multo majore. *Cor.* infundibuliformis 4-dentata. *Caps.* 1-locul. 2-sperma. *Semina* aristata.

1. *guinensis*. Willd. in Act. Societ. Berol. 10. p. 52. tab. 2. Monodynamis Iserti. Gmel. syst. veg. p. 10. Hab. in Guinea. ¶

Obs. Non est Usteria Cavanillesii, quae ad classem Didynamiam pertinet; ac ab Jacquino in ejus Horto Schoenbrunnensi *Naurandia* denominata est.

21. **POLLICHIA**. *Cal.* 1-phyllum 5-dentatus. *Cor.* 0. *Sem.* 1. *Recept.*

squamae baccatae, fructus includentes.

1. *campestris*. Aiton. Kewens. 1. p. 5. Hab. ad Cap. b. sp. Folia verticillata, linearilanceolata. Flores congesti in capitulum, axillas trium vel quatuor foliorum occupans. Ait.

22. SALICORNIA. *Calyx* ventricosus, integer. Petala 0. Sem. 1.

1. *herbacea*, herbacea patula, articulis apice compressis emarginato-bifidis, spicis axillaribus oppositis pedunculatis, squamis obtusis. W. Sp. P. 1. p. 23. Oed. Flor. dan. t. 303. Blackw. t. 598. Hab. in Europae littoribus maritimis, in Virginia. Diandra. ☉

2. *indica*, articulis clavatis, truncatis bifidentis, spicis cylindricis terminalibus solitariis obtusis Willd. in Nov. act. soc. Berol. 2. t. 4. f. 2. Ad littora maris prope *Trasquebar*. Antecedenti affinis, a qua squamis truncatis, colore glauco virescente differt.

3. *perennans*, herbacea patula, articulis apice compressis emarginato-bifidis, spicis axillaribus ternis pedunculatis, squamis acutis, radice perenni. W. Salicor. herbacea Pall. it. 1. app. n. 89. t. D. fig. 1. Hab. in Sibiria ad Jaikum in paludibus siccioribus. ☉

4. *fruticosa*, caule erecto fruticoso, articulis ramulorum angustibus, squamis floralibus truncatis membranaceis. Willd. Gmel. sib. 3 p. 8. t. 1. f. 1? In Europae maritimis. ☉

5. *strobilacea*, caule prostrato fruticoso, articulis truncatis alternatim spiciferis, spicis nudis brevissimis oppositis. W. Pall. it. 1. app. n. 91. t. E. Buxb. cent. 1. p. 6. t. 10. f. 2. Hab. in præruptis salsis Maris caspici. ☉

6. *virginica*, herbacea erecta, ramis simplicissimis. Lin. Hab. in Virginia.

7. *arabica*, foliis alternis vaginantibus obtusis dehiscentibus. Lin. Pall. it. 1. app. n. 92. t. D. f. 3. Moris. hist. 2. p. 610. f. 5 t. 33. f. 7. Hab. in Arabia. ☉

8. *foliata*, foliis linearibus alternis amplexicauli-decurrentibus. Lin. suppl. 81. Pall. it. 1. app. n. 93. t. F. In Sibiria. Frutex lignosus. ☉

9. *amplexicaulis*, foliis cordatis amplexicaulibus. Vahl. Symbol. 2. p. 1. Hab. ad littora læcus prope Bardo Tuneti. ☉

10. *caspica*, articulis cylindricis, spicis filiformibus. Lepech. it. 1. p. 254. Pall. it. 1.

app. n. 90. t. D. fig. 2. Hab. in squalidis maris Caspici et Mediae. ☉

23. HIPPURIS. *Calyx* (0. L.) obsoletus. Petala nulla. *Stigma* simplex. Sem. 1. inferum.

1. *vulgaris*, foliis octonis subulatis. Vaill. act. par. 1719. t. 1. f. 3. Hab. in Europae fontibus, fossis aquosis, lacubus. ☉

2. *maritima*, foliis stellatis subsenis: submersis spatulatis; emersis ovatis obtusis. Hellen. Diss. in Usteri Dellect. opusc. 1. p. 11. tab. 1. Retz. obs. fasc. 3. p. 7. tab. 1. Hab. ad littora maris in Suecia, Finlandia circa Aboam. Fol. superiora 5-6. Hipp. *tetraphylla*. L. Suppl. ☉

24. LACISTEMA. Ament. *Anth.* remote 2-locularis. *Stigm.* 3 setacea. *Caps.* 1-locular. *Sem.* evalvis filipendula.

1. *myricoides*. Swartz prod. p. 12. Ejud. Icon. fasc. 1. t. 1. Naematospermum laevigatum. Richard in Act. Soc. hist. natur. p. 105. Piper aggregatum Berg. Act. helv. 7. p. 131. tab. 10. Hab. in fruticetis montium Jamaicae, inque Surinamo.

## DIGYNIA.

25. CORISPERNUM. *Cal.* 0. Petala 2. Sem. 1, ovale, nudum.

1. *hyssopifolium*, spicis terminalibus, foliis linearibus nervosis muticis. Palk. ross. 2. p. 112. tab. 98. Buxb. cent. 3. p. 30. t. 55. Hab. in Europae locis arenosis. ☉

2. *squarrosum*, spicis axillaribus squarrosis, foliis lanceolato-acuminatis pungentibus nervosis. Pall. ross. 2. p. 113. t. 99. Buxb. cent. 3. p. 30. t. 56. Hab. ad Wolgam Tartariae, inque desertis Cosacorum. ☉

3. *orientale*, fol. linearibus angustis, summitatibus floriferis subpaniculatis pubescentibus. Lam. ill. n. 44. Hab. in Oriente.

26. CALLITRICHE. *Cal.* inferus, diphyllus. *Caps.* membranacea marginata. (*Flor.* nonnulli monoci.)

1. *verna*, foliis superioribus ovalibus, floribus androgynis. Oed. dan. t. 129. Hab. in Europae fossis aquosis. Vere florens.

2. *aestivalis*, fol. petiolatis subtrotundis fructu tetragono. Thuill. Fl. par. p. 2. Vaill. botan. p. 190. t. 32. f. 10. In aquis frigida. Floret Julio, Augusto.

3. *intermedia*, foliis superioribus ovalibus, caulinis linearibus apice bifidis. Schkuhe bot. Handb. t. 1. f. e. Hoffm. germ. 2. Cum priore.

4. *autumnalis*, foliis omnibus linearibus, apice bifidis, floribus hermaphroditis. Loesel. pruss. 140. t. 38. In fossis aquosis autumnuo.

5. *tennifolia*, fol. omnibus linearibus apice integris acutis, fructu 4-gono. Autumnno prope Fontainebleau observata a Thuill., secundum quem fructus *C. vernadis* et *autumnalis* compressi sunt.

27. BLITUM. *Cal.* 3-fidus. *Pet.* 0. *Sem.* 1, calyce baccato.

1. *capitatum*, capitellis spicatis terminalibus. Knorr. del. hort. 1. t. E. 3. B. fol. triangularibus dentatis, calycibus baccatis, capitulis summis nudis. Hort. cliff. 1. Hab. in Europa. (Tyrolia, Helvetia.) ☉

2. *virgatum*, capitellis sparsis lateralibus. B. fol. triangularibus dentatis, calycibus baccatis, capitulis summis foliosis. Hort. cliff. 495. Moris. hist. 3. p. 606. s. 5. t. 32. f. 2. Hab. in Tartaria, Hispania, Gallia Narbonensi. ☉

28. MNJARUM. *Involucr.* 4-phyllum. *Cal.* 4-partitus, superus. *Cor.* 0. *Sem.* 1.

1. *biflorum*, Lin. Suppl. p. 81. Forst. Com. Götting. 9. p. 19. t. 1. Ditoca Gaetn. Hab. in Nov. Zealand. et in Terra del Fuego. Minuartiae simile. ☿

29. CINNA. *Cal.* Gluma 2-valvis, uniflora. *Cor.* Gluma 2-valvis. *Sem.* 1.

1. *arundinacea*, glabra, panicula magna, multiflora capillari, valvula altera florali infra apicem subaristata. Michaux Flor. Carol. p. 38. Hab. in sinu Hudsonis ad Canadam. Ab Agrost. Mexicana omnino distincta!

30. JARAVA. *Cal.* Gluma 2-valvis, 1-flora. *Cor.* Gluma 1-valvis, papposa aristata.

1. *usitata*. *J. ichu*, foliis convolutis subulatis, spica paniculata. Fl. peruv. 1. p. 5. t. 6. f. b. Hab. in alpebus regni peruviani. Varius et frequens hujus graminis usus est, qui l. c. perlegi potest. An *Alopecuri* species?

Ob minorem staminum numerum hanc ad classem adhuc pertinentem nonnullae ex aliis generibus species.

### M O N O G Y N I A.

*Mangifera indica*. *Tradescantia monandra*. *Valeriana rubra*, *angustifolia*, *Cal-citrata*. *Aphanes arvensis*. *Polycnemum monandrum*, *Boerhaavia diffusa*. -- *Scirpi* et *Cyperi* nonnullae species.

### D I G Y N I A.

*Leersia monandra*. *Rothella 1-andra* Cav. *Uniola latifolia* et *gracilis* Michaux.

C L A S S I S I I.  
D I A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

31. SCHREBERA. *Cal.* 2-labiatus. *Cor.* 5-7-fida. *Caps.* pyriformis, 2-locularis; 2-valvis. *Sem.* 8-10, alata.

1. *Swietenicoides*. Roxb. Plants of the coast of Coromand. t. 101. Arbor excelsa. *Schrebera Schionoides* L. *Cuscutae* species est in *Myrica aethiopica* parasitica.

32. NYCTANTHES. *Cor.* hypocrateriformis; *Laciniae* emarginatae. *Caps.* bilocularis, marginata, bipartibitis.

1. *Arbor tristis*, caule tetragono, fol. ovatis acuminatis, pericarpis membranaceis compressis. Lam. illustr. p. 20 t. 6. Scabritia scabra. Syst. nat. ed. 12. p. 115. Rheed. mal. 1. p. 35. t. 21. Hab. in India. ¶

33. JASMINVM. *Cor.* hypocrateriformis, 5-8-fida. *Bacca* dicocca. *Semina* solitaria avillata.

\* *Foliis simplicibus.* (Mogorium Juss. ob octonarium laciniarum numerum.)

1. *Sambac*, foliis oppositis simplicibus ellipticis ovatis subcordatisque membranaceis opacis, ramulis petiolisque pubescentibus, lacinii calycinis subulatis. Aiton. Kew. 1. p. 8. Willd. Sp. pl. 1. p. 35. Lam. ill. t. 6. f. 1. Rumph. amb. 5. p. 52. t. 30. Hab. in India. Odor gratus. ¶

2. *undulatum*, foliis ovatis acuminatis undulatis, ramis teretibus. Nyctanthes undulata. Sp. plant. p. 8. Rheed. 6. p. 97. 55. Hab. in Malabar. ¶

3. *hirsutum*, petiolis pedunculisque villosis. Willd. l. c. 1. p. 36. N. hirsuta. Sp. plant. 2. p. 8. Hab. in India. ¶

4. *triflorum*, fol. (parvis) ovatis inferioribus obtusis; superioribus acutis, cymis trifloris. Lam. illustr. p. 23. t. 6. f. 2. sub Mogorio. Nyct. angustifolia. L. Rheed. 6. t. 53. In Malabar. ¶

5. *acuminatum*, fol. ovatis acuminatis trinariis, petiolis cirrhosis, dentibus calycinis setaceis. Lam. l. c. sub Mogorio. In insula Java. ¶

6. *trifoliatum*, fol. ternatis; foliolis ovatis, minoribus, calyce brevissimo. Lam. l. c. p. 27. cresc. In insula Mauritianna. ¶

7. *pubescens*, foliis oppositis ovatis cordatis utrinque pubescentibus. Willd. l. c. p. 37. Retz. Obs. bot. 5. p. 9. Hab. in Calcutta. ¶

8. *scandens*, foliis oppositis simplicibus ovato-oblongis attenuatis, paniculis brachiatas, lacinii calycinis setaceis reflexis. Vahl. symbol. 3. p. 2. Hab. in Bengalia. ¶

9. *elongatum*, foliis cordatis lanceolatis acutis elongatis minoribusque, ramis teretibus. Willd. Nyct. elongata. Lin. suppl. 28. Berg. Act. angl. 1772. p. 290. t. 11. Hab. in India orientali. ¶

10. *glaucum*, foliis oppositis simplicibus lanceolatis nitidis, lacinii calycinis subulatis. Aiton. Kew. 1. p. 9. Jasm. ligustrifolium, foliis oppositis simplicibus lanceolatis crassiusculis. Lam. rck. encyclop. 3. p. 209. Nyctanthes glauca. Lin. suppl. 82. Hab. ad Cap. b. spei. ¶

11. *trinerve*, foliis oppositis simplicibus ovatis attenuatis trinariis, pedunculis axillaribus subunifloris. Vahl. symbol. 3. p. 2. Hab. in Java. ¶

12. *lancoletum*, fol. oppositis lanceolatis, pedunculis axillaribus terminalibusque unifloris. Fl. peruv. 1. p. b. Hab. in Peru, locis umbrosis. *Cor.* alba subpurpurascens.

13. *australe*, fol. oppositis ovato-lanceolatis simplicibus. Forst. prod. n. 7. (simplicifolium.) Hab. in insulis Americorum. h

\*\* *Foliis ternatis.*

14. *angulare*, foliis oppositis ternatis: foliolis ovatis obtusis, ramulis angulatis petiolisque villosis, pedunculis axillaribus trifloris. Vahl. symbol. 3. p. 1. Hab. ad Cap. b. speci. h

15. *auriculatum*, foliis oppositis ternatis, ramulorum floriferorum simplicibus, calycibus angulatis ramisque teretibus pubescentibus. Vahl. symbol. 3. p. 1. Hab. in hortis idolorum Malabaricae. h

16. *flexile*, glabrum, foliis oppositis ternatis, racemis axillaribus brachiatis, caule scandente, ramis teretibus. Vahl. symbol. 5. p. 1. Hab. in India orientali. h

17. *didymum*, glabrum, foliis oppositis ternatis, ramulis ovato-lanceolatis, racemis axillaribus. Vahl. symbol. 3. p. 2. Hab. in Societatis insulis. h

18. *azoricum*, foliis oppositis ternatis: foliolis ovatis subcordatisque undulatis, ramis glabris teretibus, corollae laciniis tubo aequalibus. Aiton Kew. 1. p. 9. Pluk. alm. 185. t. 303. f. 1. Hab. in insulis aetioris. Flor. albi, odorati. Fol. magna. h

19. *fruticans*, foliis alternis ternatis simplicibusque: foliolis obovatis cuneiformibusque obtusis, ramis angulatis, laciniis calycinis subulatis. Aiton. Kewens. 1. p. 9. Jasm. luteum, vulgo dictum bacciferum. Bauh. pin. 238. Lam. illustr. n. 63. t. 7. f. 2. In Europa australi et toto Oriente. h

20. *humile*, foliis alternis acutis ternatis pinnatisque, ramis angulatis, laciniis calycinis brevissimis. Aiton. Kew. 1. p. 9. Knorr. del. hort. 1. tab. 1. Besl. cyst. aestiv. t. 40. f. 2. Pl. lutei. h

21. *odoratissimum*, foliis alternis obtusiusculis ternatis pinnatisque, ramis teretibus, laciniis calycinis brevissimis. Ait. Kew. 1. p. 10. Hab. in Madera. Flor. Savi. h

\*\*\* *Foliis pinnatis.*

22. *officinale*, foliis oppositis pinnatis: foliolis acuminatis, gemmulis erectiusculis. Aiton. Kew. 1. p. 10. J. foliis oppositis: foliolis distinctis. Syst. Veg. p. 54. Blackw. t. 13. Hab. in India, inque Helvetia. Flor. albi, odorati. h

23. *graniflorum*, foliis oppositis pinnatis: foliolis obtusiusculis, gemmis horizontalibus. Ait. Kew. 1. p. 10. J. fol. oppositis pinnatis: foliolis eximie confluentibus. Sp. pl. 2. p. 9. Mill. dict. n. 4. Merian.

surin. t. 46. Rheed. mal. 6. p. 97. t. 52. Hab. in India. Cor. alba, subtus rubra. h

34. *GAIPEA*, Cal. 4-5-connatis, 4-5-dentatus. Cor. hypocraterif. profunde 4-5-partita. Stam. 4: duo sterilia.

1. *trifoliata*. Aubl. gujan. n. 2. p. 66a. t. 269. Hab. ad fluviorum ripas Gujanae. h

35. *LIGUSTRUM*. Cor. 4-fida. *Bacca* 4-sperma.

1. *vulgare*, foliis lanceolatis acutiusculis, panicula coerctata. Willd. arb. berol. p. 169. Hab. in collibus glareosis, ad sepes. h

2. *japonicum*, fol. ovatis acuminatis, panicula divaricata. Willd. S. P. 1. p. 42. L. fol. ovatis acuminatis, panicula decomposita trichotoma. Thunb. jap. p. 17. t. 1. Hab. in Japonia. h

36. *PHILLYREA*. Cor. 4-fida: tubo brevissimo. *Bacca* 2-locularis: loculis 1-sperma: uno saepe abortivo.

1. *media*, foliis oblongo-lanceolatis integris serratisque. Ait. Kew. 1. p. 11. Willd. Sp. pl. 1. p. 42. Gaertn. de Fr. et Sem. 2. p. 71. t. 92. f. 5. Camer. epit. 90. Ic. Hab. in Europae australioris collibus. h

2. *angustifolia*, foliis lineari-lanceolatis integerrimis. Hort. cliff. 4. Lam. illustr. t. 8. f. 3. Cam. l. c. Hab. in Italia, Hispania et in Atlantica. h

3. *latifolia*, foliis ovato-cordatis serratis. Hort. cliff. 4. Lam. illustr. t. 8. f. 2. Clus. hist. 51. ic. Hab. in Europa australi. Sempervirens. h

37. *OLEA*. Cor. 4-fida: laciniis subovatis. *Drupa* 2-sperma: uno abortante.

1. *europaea*, foliis lanceolatis integerrimis, racemis axillaribus coerctatis. Ait. Ait. Kew. 1. p. 12. Lam. l. c. t. 8. f. 1. Gaertn. 2. p. 76. t. 93. f. 4. Willd. l. 1. p. 44-46. Hab. in Europa australi, inque Africa boreali. h

β *verrucosa*, fol. lanceolatis planis subtus albidis, ramis verrucosis. Willd. Sp. pl. L. 1. p. 44. O. europaea. Thunb. prodr. 2. Ad Cap. bon. speci. h

2. *capensis*, foliis ovatis integerrimis, racemis paniculaeformibus divaricatis. Aiton. Kew. 3. p. 13. Burm. afr. 233. t. 82. f. 1. Hab. ad Cap. b. Speci. h



3. *americana*, foliis lanceolato-ellipticis integerrimis, racemis angustatis, bracteis omnibus persistentibus connatis parvis. Ait. Kew 1. p. 14. Ligustrum lauri folio, fructu violaceo, bacis purpureis. Catesb. 1. p. 61. t. 61. Seeligm. Voegel. 3. t. 33. Hab. in Carolina. h

4. *cernua*, foliis oblongis lanceolatis obtusissimis, racemis axillaribus simplicibus, floribus cernuis. Vahl. symbol. 3. p. 3. Hab. in Madagascar. h

5. *apetala*, foliis ellipticis, floribus racemosis apetalis. Vahl. symbol. 3. p. 3. Hab. in Nova Zeelandia. h

6. *excolta*, foliis ellipticis acutis, bracteis perfoliatis: infimis cyathiformibus, superioribus foliaceis magnis deciduis. Vahl. symbol. 3. p. 3. Hab. in Madera. h

7. *fragrans*, foliis lanceolatis serratis, pedunculis lateralibus aggregatis unifloris. Thunb. jap. 18. t. 2. Hab. in Cochinchina, China, Japonia. Flores odorem gratum ad potum Theae adhibentur ab incolis. h

8. *emarginata*, fol. obovatis retusis emarginatis, panicula pauciflora terminali. Lam. illustr. p. 29. t. 8. f. 2. Hab. in insula Madagascariae. Arbor 40-pedalis.

9. *chrysophylla*, fol. angusto-lanceolatis utrinque acutis subtus aureo-nitidis, paniculis lateralibus. Lam. ill. p. 27. In insula Mariuana. h

10. *lancea*, fol. lineari-lanceolatis utrinque acutis, panicula terminali, drupis oblongis acutis. Lam. l. c. In insula Franciae. h

38. ORNUS. *Cal.* 4-partitus. *Corol.* 4-partita: petalis longis ligulatis. *Filam.* longa. *Nux* alata.

1. *europaea*. Fraxinus Ornus L. Mill. Illustr. ic. arbor. Hab. in Italia et Hispania. (Cavan.) Floribus, sequenti generi fere similibus, plane differt a *Fraxinis*.

29. CHIONANTHUS. *Cor.* 4-fida: laciniis longissimis. *Drupae* Nucleus striato-fibrillosus.

1. *virginica*, panicula terminali trifida, pedunculis trifloris, foliis acutis. Willd. Sp. pl. 1. p. 46. Lam. illustr. p. 30. t. 9. Hab. in America septentrionali. Variat corolla 4. 5. 6-fida et staminibus quatuor. h

2. *cotinifolia*, panicula terminali trichotoma, pedunculis trifloris, foliis obtusis. Willd. l. c. p. 47. Arbuscula zeylanica, cotini foliis subtus lanugine villosis, floribus

albis cuculli modo laciniatis. Pluk. alm. 44. t. 241. f. 4. Hab. in Zeylona. h

3. *compacta*, paniculis trichotomis, ultimis floribus subcapitatis, calycibus villosis, foliis lanceolato-oblongis, antheris acuminatis. Swartz prod. 13. Vahl. symbol. 2. p. 1. Jacq. Collect. 2. p. 110. t. 6. f. 1. *Ceranthus* Schreb. gen. Hab. in insulis Caribaeis. h

4. *zeylanica*, ramis paniculae axillaribus oppositis, floribus subsessilibus. Thoninia nutans. Lin. suppl. 83. Hab. in Zeylona. h

5. *guyanensis*, flor. corymbosis axillaribus, fol. alternis oppositisque ovato-oblongis. Mayepa gujanensis. Aubl. guaj. p. 8. t. 31. Flor. 4-andr. Schwarz. l. c. 2. Hab. in Guyana. Cort. albicans. a. h

6. *incrassata*, paniculis decussatis fastigiatisque, cor. laciniis incrassatis, fol. oblongis. Swartz prod. p. 13. In Jamaica. Flor. 2-andri S. in Schrad. Jouru. 2. p. 21.

7. *ligustrina*, fol. lanceolatis, paniculis terminalibus, floribus erectis subtetrapetalis. Richard. Thoninia Swartz prod. p. 15. Linociera Schreb. gen. pl. L. n. 1709. Willd. Sp. pl. L. 1. p. 154. Hab. in Jamaica. h

40. SYRINGA. *Cor.* 4-fida. *Capsula* bilocularis.

1. *vulgaris*, fol. cordatis. L. Willd. p. 48. Lilac vulgaris. Lam. ill. p. 26. t. 1. Du Hamel. arb. 2. t. 138. Ad sepes et in sylvaticis. h

2. *dubia*, fol. ovato-attenuatis. S. chinensis Willd. Sp. pl. L. 1. p. 48. Etiam in Gallia, ex. gr. prope Rouen et circa Parisios sponte quasi crescit. An e China ad Europam prius apportata? h

3. *persica*, foliis lanceolatis integris pinnatifidisque. Lin. Hort. cliff. 6. Mill. dict. t. 164. f. 2. Hab. in Persia. Nunc frequens in hortis colitur. h

4. *suspensa*, foliis ovatis serratis ternatisque. Thunb. jap. 19. t. 3. Hab. in Japonia. Calyx profundius divisus et corolla campanulata. Thunb. h

41. DIALIUM. *Cor.* 5-petala. *Cal.* nullus. *Stamina* ad latus superioris receptaculi.

1. *indum*, panicula simplici nutante. Hab. in India. h

2. *guinense*, panicula supradecomposita erecta. Willd. apud Roemer Archiv. 1. p. 31. t. 6. Hab. in Guinea. h

42. **PIMELEA.** *Cal.* nullus. *Cor.* 4-fida. *Stam.* faucis inserta. *Nux* corticata unilocularis.

1. *linifolia*, foliis lineari-lanceolatis latis, capitulis terminalibus involucrentis, corolla extus villosa. Smith. Nov. Holl. 1. p. 31. tab. 12. Hab. in Nova Hollandia. h

2. *Guidia*, foliis oblongo-lanceolatis acutis glaberrimis, corolla extus villosa Willd. l. c. p. 58. Passerina *Guidia*. Lin. suppl. 226. Hab. in Nova Zeelandia. h

3. *pilosa*, pilosa, foliis linearibus obtusis. W. Passerina *pilosa*. Lin. suppl. 226. Hab. in Nova Zeelandia. h

4. *prostrata*, pilosa, fol. ovatis sessilibus carnosius. Willd. p. 51. Lam. ill. p. 31. t. g. f. 1. Passerina *prostrata*. Lin. suppl. 227. Hab. in Nova Zeelandia montibus aridis. h

43. **ERANTHEMUM.** *Cor.* 5-fida: tubo filiformi. *Antherae* extra tubum. *Stigma* simplex.

1. *capense*, foliis lanceolato-ovatis petiolatis. Willd. Sp. pl. L. 1. p. 51-52. Herm. parad. 153. Hab. in Aethiopia. Habitat Chironiae.

2. *angustifolium*, foliis linearibus remotis patulis. Syst. Veg. p. 55. Lam. ill. 1. p. 60. t. 17. f. 1. Selago dubis. Spec. plant. 2. p. 877. Burm. afr. 430. t. 47. f. 3. Plukn. mant. 180. t. 445. f. 6. Hab. in Aethiopia. h

3. *parvifolium*, foliis ovato-linearibus imbricatis. Mant. p. 171. Berg. cap. 2. Lam. l. c. f. 2. Comm. amst. 2. 119. t. 60. Hab. ad Cap. b. spei. h

4. *salsoloides*, fruticosum, foliis carnosius teretibus linearibus glaberrimis, racemis axillaribus calycibusque pubescentibus, tubo recurvo. Lin. suppl. 82. Hab. in Teneriffa prope St. Cruz. h

44. **FONTANESIA.** *Cor.* dipetala. *Cal.* 4-partitus, inferus. *Caps.* membranacea non dehiscens, 2-locularis: loculis monospermis.

1. *phillyreoides*. Billard. Icon. pl. Syr. Dec. 1. p. 9. t. 1. Duhamel arb. ed. nova. t. 5. Hab. in Syria inter Laodiceam ad mare et montem Caspium. h

45. **CIRCAEA.** *Cor.* dipetala. *Cal.* 2-phyllus, superus. *Caps.* hispida bilocularis non dehiscens; loculis monospermis.

1. *lutetiana*, caule erecto, racemis plu-

ribus, foliis ovatis Oed. dan. 256. Lam. ill. 16. f. 1. Fol. pubescentis, etiam glabra. Kniph. orig. cent. 10. t. 22. Hab. in Europae et Americae borealis nemoribus. h

\* *intermedia*, major, fol. cordatis, repando-denticulatis acuminatis cauleque simplici glabro, capsulis ovato-globosis. Schumacher Flor. Seeland. 1. p. 5. Circaea lutetiana Curt. Flor. Londini. In umbrosis humidis et in palustribus.

2. *alpina*, caule ramosissimo depresso, foliis cordatis dentatis nitidis glabris. Roth. germ. 1. p. 13. Hab. ad montium radices in Europa. h

46. **VERONICA.** *Cor.* limbo 4-partito: lacinia infima angustiore. *Caps.* bilocularis.

\* *Spicatae.*

1. *sibirica*, spicis terminalibus, foliis septenis verticillatis, caule subhirsuto. Gmel. sib. 3. p. 217. Amm. Fl. ruthen. 2. 4. Willd. Sp. 1. p. 54. Hab. in Dauria. Stamina et pistillum corolla duplo longiora. h

2. *virginica*, spicis terminalibus, foliis quaternis quinisque. Pluk. alm. 383. t. 70. f. 2. Hab. in Virginia et Japonia. Flor. albi.

3. *spuria*, spicis terminalibus, foliis lanceolatis aequaliter serratis. Roth. germ. L. p. 2. II. p. 5. Gmel. it. 1. p. 169. t. 39. Barr. ic. 801. Hab. in Europa australiore, Sibiria, Thuringia. h

4. *maritima*, spicis terminalibus, foliis subcordato-lanceolatis, inaequaliter serratis. Roth. germ. l. p. 5. Oed. dan. 374. Knorr. del. hort. 2. tab. V. 2. Hab. in maritimis Europae maris apricis. Fol. ovata. Var. ut antecedens et sequens species, fol. oppositis ternis quaternisve, flore coeruleo, coeruleo, incarnato, alboque. Willd. h

5. *longifolia*, spicis terminalibus, foliis lanceolatis acuminatis serratis in petiolum desinentibus. Roth. germ. l. p. 5. Sabbat. hort. rom. 2. t. 48. Hab. in Tartaria, Austria, Suecia. h

6. *incana*, spicis terminalibus, foliis oppositis crenatis obtusis cauleque erecto tomentoso. V. spicata lanuginosa et incana, floribus coeruleis. Amm. ruth. 30. Hab. in Ucraina, Samara. Cinerascens. h

7. *spicata*, spica terminali, foliis oppositis crenatis obtusis apice integerrimis caule ascendente simplicissimo. Oed. dan. t. 52. Hab. in sylvaticis. Variat spicis pluribus. h

8. *hybrida*, spicis terminalibus, foliis

ellipticis obtusis inaequaliter crenato-serratis, caule erecto-naculo. Smith. Flor. Brit. t. p. 16. Willd. apud Schrad. Journ. de Bot. 1779. p. 288. t. 3. Antecedente major, spicis plurimis. In montosis Europae.  $\bar{\tau}$

9. *pinnata*, spica terminali, foliis linearibus pinnatifidis subsuscultis: laciniis filiformibus divaricatis. Aiton Kew. t. p. 19. Laxmann in Act. Petrop. 1770. p. 553. t. 29. f. 1. Hab. in Sibiria.  $\bar{\tau}$

10. *laciniata*, racemo subsuspicato terminali, foliis pinnatifidis laciniatis. Ait. Kew. t. p. 19. Junghans. icon. rar. cent. 1. fig. 2. Hab. in Sibiria.  $\bar{\tau}$

11. *incisa*, spicis terminalibus, foliis lanceolatis inciso-pinnatifidis glabris. Ait. Kew. t. p. 19. Hab. in Sibiria. Differt a praecedenti spicis nunquam solitariis aemper aggregatis.  $\bar{\tau}$

12. *Cataractae*, racemis terminalibus flexuosis, caule suffruticoso, foliis lanceolatis serratis. Forst. prodr. n. 7. Hab. in Nova Zeelandia.  $\bar{\tau}$

13. *elliptica*, racemis lateralibus, caule fruticoso, foliis ellipticis integerrimis. Forst. prodr. n. 10. Hab. in Nova Zeelandia.  $\bar{\tau}$

14. *macrocarpa*, racemis subterminalibus erectis, foliis lanceolatis integerrimis glabris planis, caule fruticoso. Vahl symb. 3. p. 4. Hab. in Nova Zeelandia.  $\bar{\tau}$

15. *salicifolia*, racemis lateralibus nudentibus, foliis lanceolatis integerrimis, caule fruticoso. Vahl. symbol. 3. p. 4. Hab. in Nova Zeelandia.  $\bar{\tau}$

16. *parviflora*, racemis subterminalibus, foliis linearibus-lanceolatis integerrimis glabris mucronatis, caule fruticoso. Vahl. symb. 3. p. 4. Hab. in Nova Zeelandia.  $\bar{\tau}$

17. *officinialis*, spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis obovato-subrotundis pilosis annuis, caule procumbente hirsuto. Willd. p. 59. Flor. succ. 2. n. 12. Oed. dan. t. 248. Hab. in Europae sylvestribus scaberrimis.  $\bar{\tau}$

*spic. sessilib. pedunculatisque crassis ovatis squamis subaristatis.* Michaux Flora. p. 32. Hab. in Carol. paludib. sabis.

68. *compactus*, minor, spiculis omnibus sessilib. squamis trifidis, involucri diphyllo. Kroecker Flor. Siles. t. 1. 5. Flor. dan. t. 37. Hab. in uliginosis subsecatis. Tam ob locum, quam parvitatem ab antecedente diversus.

69. *grossus*, culm. triquetro nudo, umb. supradecomposita, spicis pedicellatis, involucri triphylo lanceolato-subulato longissimo. Lin. suppl. 104. Hab. in India. Culmus oryialis. Involucrum foliol. unico longissimo. Simillimus S. miliaceo, sed magnitudine diversus. L.

70. *Lusulae*, culm. triquetro nudo, umb. foliosa prolifera, spiculis subrotundis. In Pluk. mant. 97. t. 417. f. 3. Hab. in India. Involucrum universale polyphyllum: fol. ensiformib. umb. longioribus; partialia vix ulla. Capit. subrotunda, glomerata ex spiculis subrotundis.

71. *syvaticus*, culm. triquetro folioso, umb. foliaceae, pedunc. nudis supradecompositis dichotomis, spicis confertis. Flor. dan. t. 307. Leers. t. 1. f. 4. Michaux, Flor. t. p. 33. *β. radicans*, culm. triquetro folioso, umb. foliaceae, culmis sterilibus deflexis apice radicantibus. Schkuhr. Hoffm. germ. p. 26. Hab. in sylvarum fossis. ¶

72. *aestivalis*, culm. depressis triquetris nudis, umb. compositis involucriatis, flor. monandris. Retz. obs. 4. p. 12. Hab. in fundo flaviorum exsiccatorum Zeylouse. ¶

73. *squarrosus*, culm. triquetro nudo folisque setaceis, spicis ternis sessilibus ovatis squarrosis. Mant. 181. Rottb. p. 49. t. 17. f. 5. Hab. in Ind. orientali. Involucri diphyllo; spicæ squam. subulatis, exstantibus, basi nodosis, valde imbricatis.

74. *dipsaceus*, culm. setaceis triquetris, umb. simplicis, capitulis oblongis squarrosis, flosc. subulatis recurvis dianthis, germine echinato. Rottb. gram. 56. t. 12. f. 1. Hab. in India. Parvus. Involucri. 3-4 phyllum.

75. *junciformis*, culm. nudo filiformi subtrigono, paniculae spiculis sessilibus pedunculatisque, involucri diphyllo. Retz. obs. 6. p. 19. Hab. in China.

76. *michelianus*, culm. triquetro, capitulo globoso, involucri polyphylo longo. Lin. Bot. Annal. t. p. 20. t. 2. Desf. atl. t. p. 51. Till. pis. 51. t. 23. f. 5. Buxh. cent. t. p. 34. t. 55. f. 1. Hab. in Europa Aegypto et in Marocco.

77. *ciliaris*, culm. triquetro folioso, umb. sparsis, squamis calycinis aristis ciliaris. Mant. 182. Rottb. t. 17. f. 1. S. *pubescens*. Desf. Atlant. t. p. 52. Schousboe Maroc. ed. germ. p. 19. Hab. in India orientali et in Barbaria. Culmi palmares laxi. Spicæ ovatae, hirtæ pilis raris. Involucri loco saepe foliola 1. seu 2. parva.

\*\*\*\* *Culmo triquetro, Capitulo terminali.*

78. *hottentottus*, culm. triquetro folioso, capitulo globoso, squam. lanceolatis hirtis. Lin. Mant. 182. Thunb. prod. 18. Ad Cap. b. spei locis paludosis. Folia caulina, 3, remotissima. Involucrum capituli triphyllum.

79. *antarcticus*, culm. triquetro nudo folisque filiformib. capitulo globoso, involucri 1-phylo. Mant. 181. Thunb. prod. 17. Scirpus barbatus, vagina subopposita ora superiori barbata. Rottb. gram. 52. t. 17. f. 4? Pluk. alm. 179. t. 299. f. 3. Hab. ad Cap. b. spei et in Guinea. Spicæ ovatae, trifariam imbricatae triquetrae.

80. *argenteus*, culm. setaceis triquetris, involucri tetraphyllo longissimo, spic. cylindricis plurimis in capitulum glomeratis. Rottb. p. 51. t. 17. f. 6. Rheed. mal. 12. p. 101. Hab. in India.

\* 81. *monander*, culm. triquetro, involucri triphylo longo, capitulo sessili glomerato, flosc. monandris. Rottb. p. 50. t. 14. f. 3. Hab. in India. Spic. ovato-teretes.

82. *cephalotes*, culm. triquetro nudo, capitulo ovato squarroso, involucri triphylo longo. Liu. Willd. Sp. t. p. 311. Houttuya t. 88. f. 3. Hab. in India.

124. TRICHOPHORUM. Spicul. sub-ovatae, squamis undique imbricatis. Sem. setulae capilliformes (nec lanam densam referentes) demum longe exsertæ numero definito sex. (Genus intermedium inter Scirpum et Eriophorum.)

1. *cyperinum*, culmo triquetro folioso, panicula decomposita, spiculis confertis ovatis. Scirpus Eriophorum. Michaux Flor. t. p. 33. Eriophorum cyperinum Liu. Willd. Spec. t. p. 313. Hab. in Amer. boreali. Gram. altum.

2? *lineatum*, culm. folioso paniculato, spicul. ovato-oblongis: squamis lanceolatis subcarinatis. Scirp. lineatus. Michaux. l. c. Hab. in Carolina. Priori simile.

3. *alpinum*, parvum, culm. nudo angulato spicato. Erioph. alpinum. Lin. Flor. dan. t. 620. Sowerb. engl. bot. t. 311. Hab. in Europae subalpinis.

β *hudsonianum*, majus, culm. nudo triquetro, fol. canaliculato - setaceis. Michaux. p. 34. Hab. ad sinum Hudsonis.

125. ERIOPHORUM. Glumæ paleaceæ undique imbricatæ. Sem. lana densa longissima cinctum.

\* *Monostachya*.

1. *vaginatum*, culmis vaginatis teretibus, foliis triquetro - canaliculatis, spica ovata. Roth. N. Bot. Beyträge, t. p. 95. Willd. Spec. t. p. 312. Flor. dan. t. 236. Hab. in montosis uliginosis. Glum. acuminatae.

2. *Scheuchseri*, culm. basi vaginatis teretibus, fol. tereti - canaliculatis, spica rotunda. Roth. l. c. Scheuchz. Agrost. app. t. 7. E. capitatum. Hoffm. Flor. germ. ed. 2. p. 26. Hab. in alpin. rhaeticis et Salisburg. Glum. obtusae.

\*\* *Polystachia*, culm. foliosis teretibus.

3. *virginicum*, fol. angustis planis, spicis pluribus sessilibus. Willd. l. c. p. 313. Roth. l. c. p. 96. Hab. a Canada ad Carolinam. Flor. diandri Lana fulvescens. Mich.

4. *vulgare*, (polystachyum L.) fol. planis: mucrone triquetro, spicis pedunculatis nutantibus involucrium subaequantibus. Less. herb. t. 1. f. 5. Engl. bot. t. 563. Cresc. in paludosis. Involucr. basi membranaceo-dilatatum, 2-3-phyllum.

5. *angustifolium*, fol. canaliculato-triquetris, spicis pedunculatis, seminibus ovatis. Roth. l. c. p. 94. E. *polystachyon* Huds. Curt. Flor. lond. t. 9. Involucr. 3-phyll. foliol. linearia: unico spicis multo longiore. Cum priore; etiam in America crescit.

6. *gracile*, fol. triquetris sursum canaliculatis, spicis pedunculatis, sem. linearibus, involucrio panicula uplo brevior. Roth. p. 95. Ejusd. Cat. 2. append. E. triquetrum. Hoppe. Hab. in Palatinatu et alpin. salisburgensib.

126. VAGINARIA. Spica ovata squamis undique imbricatis. Stigm. 3. Seminis involucrium (Perispermium) alternatim tripaleaceum et trisetum.

1. *Richardi*, Futrena *scirpoidea*, Culmo aphylo vaginato, spica unica:

squamis lanceolato - spatulatis. Michaux, Flor. p. 38. Hab. in Florida. Obs. Characteres hujus sequentiumque, ab eo constitutorum generum, concinnavit celeb. Richard.

127. FUIRENA. Squamæ mucronatæ in spiculis undique imbricatæ. Sem. involucrium latum, paleaceforme, saepius aristatum.

1. *umbellata*, umbellis compositis, spicis oblongis aggregatis sessilibus, fol. lanceolatis. Vahl. Eclog. Amer. 2. Roth. gram. p. 70. t. 19. f. 3. F. *paniculata*. Lin. suppl. p. 105. Hab. in utraque India.

2. *obtusiflora*, umb. subcompositis, spic. cylindricis utrinque obtusis squarrosis. Vahl. l. c. In Amer. meridionali. Fol. glabra? An a sequente diversa?

3. *squarrosa*, fol. ciliatis, spic. squarrosis, squamis pedulato-spatulatis. Michaux. Flor. 1. p. 37-38. Hab. in Georgiae et Carolinae paludosis. Squamæ mucrones longi strigoso-squarrosi.

4. *canescens*, subtomentoso-canescens; spicul. glomeratis, squamis mucrone erecto. Richard. Hab. in Africa.

128. HYPOCYTRUM. Spicula squamis undique imbricatis. Sem. involucrium glumam 3-4-valvem mentiens. Stam. 2-3. Stigm. 1-2.

1. *latifolium*, maximum glabrum, fol. latis trinerviis; corymbo decomposito. Hab. in India. Stam. 2. Rich.

2. *senegalense*, spicul. pluribus capitatum congestis, squamis subacuminatis. Hab. in Senegal. Stam. 2. Stigm. 3. Rich.

3. *gracile*, fol. angustis, caule debili, spicul. 3. sessilibus subgloboso-ovatis, squamis spatulatis. Richard. Stam. 1. Stigm. 2.

129. DIPLASIA. Spica squamis undique imbricatis. Involucrium glumam 4-valvem mentiens. Stam. 7. Stigm. 2.

1. *Karataefolia*, fol. longissimis carina marginique aculeatis, umb. decomposita. In Gujana. Fol. Bromeliae Karatae. Richard.

130. LEPIRONIA. Spicula squamis orbiculatis cartilagineis. Sem. involucrium 16-paleaceum. Stam. 4-6.

1. *mucronata*. Hab. in Madagascar.

Aphylla. Culm. nodosus infra apicem 1-  
stachyus. Spica ovato-oblonga. Rich.

131. CHRYSITRIX. Spica imbricata squamis coriaceis setaceis. Stam. multa, inter singulas squamas singula.

1. *capensis*, Lin. fl. gen. gram. p. 27. f. 1. 2. Hab. ad. Cap. b. spei. Spica lateralis. An antecedens hujus generis?

\* GRAMINA. Flor. glumacei, 3-andri.

Rad. fibrosa. Culmi ut plurimum fistulosi, articulati, simplices aut basi ramosi. Fol. linearia, vaginantia, vagina latere fissili, apice membrana albidia distincta, quae ligula aut stipula nuncupatur. Flor. spicati, racemosi, plerumque paniculati, rarissime foliis involucreti (uti in priore familia); nonnulli saepius abortivi; alii polygami; pauci monoci. Stam. in plurimum tria (qualia gramina hac in serie solummodo enumerantur), in nonnullis sex (vid. Clas. Hexandriam), aut plura. Styli communiter duo, in quibusdam 1. plerumque tamen bifidus. In unico tantummodo granine stigmata tria observata sunt. Glumae interiores in multis semen maturum incrustant et cum eo indurantur.

MONOGYNIA.

132. LYGEUM. Flores intra spatham convolutam gemini. Cal. basi in tubum 2-focularem villosum concretescens, 2-valvis.

1. *Spartum*. Lin. Willd. Sp. 1. p. 316. Richard in Act. Soc. Hist. nat. Paris. p. 28. t. 3. Hab. in Hispania. T. Flor. omnium graminum maximi, interdum 3 intra involucrem. Styl. longus.

133. CORNUCOPIÆ. Involucr. cyathiforme. Cal. 1-phyllus, 2-partitus. Cor. 1-valvis, superne hinc fissæ. Styl. brevis; Stigm. 2. (raro 1.) longissima. (Richard.)

1. *cucullatum*, spica mutica, involucreo arenato. Lin. Smith spicil. bot. t. 14. Willd. l. c. p. 319. Hab. in Oriente. ☉

2. *alopeuroides*, spica aristata. Lin. Mant. p. 29. Hab. in Italia. Similis *Alopec. pratensis*, vagina supremi fol. ventricosa. Involucr. hemisphaericum integerrimum. Lin.

134. CENCHRUS. Involucr. laciniatum, echinatum 3-4-florum. Cal.

2-valvis, 2-florus. Cor. 2-valvis, mutica. Styl. 2-fidus.

1. *lappaceus*, paniculae patentis ramis simplicissimis, cor. retrorsum hispido, cal. trivalvibus bifloris Lin. Willd. Spec. 1. p. 316. Hab. in India. Fol. cordato-lanceolata. Involucro o? Hujus generis non videtur. An Panicum?

2. *capitatus*, spica ovata simplici. Col. ceph. 1. p. 340 t. 338. f. 1. Barr. rar. t. 28. f. 1. *Echinaria capitata*. Desf. atl. 2. p. 385. Hab. in Gallia, Italia et Barbaria. ☉

3. *echinatus*, spica oblonga conglomerata, involucr. subgloboso 10-partito. Schreb. gram. 9. t. 23. f. 1. Cav. ic. 5. p. 39. t. 462. Pluk. alm. 177. t. ga. f. 3. Hab. in Americæ et Barbar. arvis.

4. *tribuloides*, spica glomerata, glumis femineis globosis muricato-spinosis hirsutis. L. Michx. Fl. 1. p. 61. Sloan. jam. 30. hist. 1. p. 108. t. 65. f. 1. Moris. hist. 3. p. 195. s. 8. t. 5. f. 4. Hab. in Virginiae maritimis. ☉

5. *caliculatus*, culm. simplici erecto, spica glomerata, involucreo polyphyllio setaceo. Cav. l. c. t. 463. Hab. in Americor. insula Babao. Fl. scesate. Involucr. foliola subduodecim setulis rigidis, tomentosa, apice glabra. C.

6. *spinifex*, culmo ramoso, fol. brevibus corlato-lanceolatis, involucr. integerrimo echinato. Cav. ic. 5. p. 38. t. 461. Hab. in regno chilensis, et in Montevideo. Flor. januario.

7. *rufescens*, fol. glabris, spica elongata, involucr. confertis setiformibus (rufescentibus.) inferne villosis, cal. sub-2-floro. Desf. atl. 2. p. 388. Hab. in arenosis prope Mascar.

8. *hordeiformis*, fol. retrorsum asperis, involucr. setosis flore 4-plo longioribus, inferne (albis) villosis, cal. 1-2-floro. Desf. l. c. (C. *asperifolius*). Willd. sp. p. 318. *Alopecurus hordeiformis*. Lin. Hab. in Asia et Africa.

9. *geniculatus*, racemo spicato simplici, flor. involucreo polyphyllio scabro, culmo geniculato. Thunb. prod. 24. Hab. ad Cap. b. spei.

10. *purpurascens*, racemo spicato simplici, floculis circumvallatis arisis longissimis, culmo erecto. Thunb. Act. Soc. Lin. Lond. 2. p. 329. Willd. l. c. In Japonia. Arist. purpuræe.

11. *frutescens*, capit. lateralibus sessilibus, fol. mucronatis, caule fruticoso.

Lin. *Alpin. exot.* t. 104. Hab. in Armenia.  $\eta$

135. PENNISETUM. *Involucr.* multisetum. *Cal.* 2-valvis, 2-florus: flor. altero hermaphrodito; altero masculo (rarius neutro) utroque sessili. (Flor. spicati polygami. In plerisque speciebus involucr. heterochæton, setisque nonnullis inferne plumosis.)

1. *typhoideum*, fol. latis glabri; spica crassa cylindrica, involucris pedicellatis pennatis. *Holcus spicatus* L. Pluk. alm. t. 32. f. 4. Hab. in India. Styl. villosus.  $\odot$

2. *setosum*, fol. basi villosis, spic. subsessili imbricata, involucr. sessilibus: setis nonnullis longissimis, stylo bifido. *Cenchrus setosus* Swartz. Flor. Ind. occid. 1. p. 211. secundum quem *Panicum polystachium* L. eadem species est. Hab. in Ind. occid. solo cretaceo.

3. *cenchroides*, culm. geniculato, involucr. alternis dupla flor. longitudine: setarum una subulato-palacea longiore. *Cenchr. ciliaris* L. Gisecke ic. t. 23. Desf. atl. 2. p. 387. Hab. ad Cap. bon. sp. et Barbariae arenosis. Fol. villosa.  $\odot$

4. *orientale*, fol. subsetaceo-subulatis, involucr. sparso stipitato: setis parvis flore longioribus plumosis. *Cenchrus orientalis*. Willd. (ined.) Hab. in Oriente.

5. *violaceum*, caul. ramoso, fol. vaginisque pilosis, spic. cylindrica, involucr. sessilibus flor. æquantibus simplicibus. *Panicum violaceum*. Lam. ill. gen. 1. p. 169. Hab. in Senegal.

*Obs.* Characterem hujus generis, nec non specierum differentias communicavit clar. Richard. Ob similitudinem cum *P. setoso* forte huc quoque referendus *Alopecurus indicus*. L.

136. SESLERIA. *Cal.* 2-5-florus. *Cor.* 2-valvis, apice dentata. *Stigm.* subglanulosa. (Flor. spicati, sæpius cærulei basi involucrati.)

1. *cærulea* (*calcaria*), spica ovato-oblonga, fol. planis, involuero integro. *Cynosurus cæruleus*. L. Willd. Sp. 1. p. 424. Arduin. spec. 2. p. 18. t. 6. Hab. præsertim in montosis calcareis, et in pascuis.

2. *sphaerocephala*. spica globosa (albidâ), involucr. ovatis subdentatis, cor. acuminatis. Hoffm. germ. ed. 2. p. 49.

sub *Cynosuro*. Hab. in Germaniæ subalpinis. Carinth. Tyrol.

3. *microcephala*, involucr. subdentato, cor. aristatis, spicis subrotundis. Hoffm. l. c. *Cynos. sphaerocephalus*. Wulf. ap. Jacq. Misc. 2. p. 71. Hab. cum priore.

4. *disticha*, involucr. nullo, spica disticha. *Poa disticha*. Wulf. Jacq. ic. v. 1. t. 19. Fol. setacea. In Carinthia, etiam in Pyrenæis crescit.

137. LIMNETIS. *Spica* lateriflora: flosculis subbifariam imbricatis. *Cal.* 2-valvis: valv. 1. minore. *Cor.* 2-valvis, mucica, compressa, carinata. *Styl.* longus. Nect. 0. (Flor. paniculati, stricti.)

1. *pungens*, fol. convolutis pungentibus, spicis paucis appressis pubescentibus, cal. carinis inermibus. *Dactylis stricta*. Smith. Flor. Brit. Engl. bot. t. 380? *Spartina stricta*. Roth N. Beyträge p. 101. Hab. in Gallia et Anglia, ad littora maris.

2. *juncea*, fol. distichis breviusculis setaceo-convolutis, spicis paucis remotis patulis, cal. acuminatis carinis asperis. *Trachynotia juncea*. Michaux. Flor. 1. p. 64. Hab. in siccis maritimis Carolinæ Georgiæ.

3. *cynosuroides*, subglauca, fol. longissimis, spic. plurimis alternis secundis, cal. subaristato-acuminato: carinis aculeatis. *Dact. cynosuroides*. Lin. Hab. in Amer. boreali.

4. *polystachia*, fol. latis, spicis plurib. undique versis longis linearibus: carinis aculeatis. *Trachynotia*. Michaux 1. c. Hab. in insundatis maritimis Nov. Angliæ.

*Obs.* Horum graminum ad oras maris crescentium, unde nomen in-titum, differentias observationibus cl. Richardi debeo.

338. NARDUS. *Cal.* 1-florus, 1-valvis. *Cor.* 1-valvis, inclusa. *Stigm.* 1. (Spica flor. alternis sessilibus.)

1. *stricta*, spica setacea recta, flor. secundis. Flor. dan. t. 1022. Willd. spec. 1. p. 374. Schreh. gram. t. 7. Leers t. 1. f. 7. Hab. in arenosis et collibus aridis. Var. magnitudine.  $\mathcal{E}$

2. *aristata*, spica setacea, calic. aristatis, (Lin.) corollis binis inæqualiter pedunculatis aristatis, squamula suffultis. Vill. delph. 2. p. 58. t. 2. Bocc. mus. 2. p. 74



57. Hab. in Europa australi. Spica sub  
epte tenuissime pilosa.

3. *ciliaris*, spica incurva ciliata. Hab.  
in India. Folia graminea plana. Spica d-i  
mediata. Lin.

139. **ORYZOPSIS.** *Cal.* 1-florus, 2-  
valvis, laxus, obovalis. *Cor.* cor-  
riacea, subtereti-ovata, 2-valvis:  
valv. exteriore apice aristata.  
*Nect.* 2-paleaceum lineare. (Rich-  
ard.)

1. *asperifolia*, culm. subnudo, fol.  
subpungentibus asperis. Michaux Flor. 1.  
p. 51. t. 9. Hab. per tractus montium a Sinu  
Hudsonis ad Quebec.

D I G Y N I A.

140. **MATRELLA.** *Cal.* o. *Cor.* car-  
tilaginea s. indurata, compressa,  
mutica, 2-valvis: valv. demum  
connatæ?

1. *juncea.* Agrostis *Matrella.* Lin.  
Willd. sp. pl. 1. p. 367? A *juncea.* Lam.  
ill. gen. t. 41. f. 2. Hab. in Malabarica  
maritimis. Flor. subnitentes, 10-12 in rachi  
alternatim sessiles. Fol. disticha, pun-  
gentia.

141. **MUHLENBERGIA.** *Cal.* minu-  
tissimus, 1-2-valvis. *Cor.* 2-val-  
vis, basi pilosa; valv. exteriore  
apice aristata. (Flor. paniculati.)

1. *diffusa*, culmo debili ramoso foliis-  
que glabris; panicula coarctata, cal. 1-  
valvi. Richard. Roth. N. bot. Beyträge 1.  
p. 96. *Dilepyrum* minutiflorum Michaux.  
Flor. amer. bor. 1. p. 40. Hab. in apricis  
et pratis region. Kentucky in Amer. bor.

2. *aristata*, culmo firmo subsimplici  
foliisque pubescentibus; panicula laxa,  
cal. 2-valvi, arista longissima. Richard,  
Michaux l. c. M. *erecta*, culmo erecto,  
fol. lanceolatis; ligulis oblonga barbata;  
panic. laxa. Roth. l. c. p. 97. Hab. in um-  
brosis Georgiae et Carolinae. T.

142. **TRICHODIUM.** *Cal.* 2-valvis;  
valvul. subæqualibus acutis: car-  
rina spinulosa. *Cor.* brevior, 1-  
valvis mutica. *Stigm.* subæscillia  
hispidula. (Flor. paniculati.) Rich-  
ard.

1. *taxiflorum*, culm. erectis, fol. an-  
guis breviusculis: vagina subaspera. Mi-

chaux Flor. amer. bor. 1. p. 42. t. 8. Cornu-  
copiae hyemalis, Walter. Hab. in humidis  
et pratis sinu Hudsonis. ♂.

2. *decumbens*, culm. decumbentib. fol.  
patulis: vagina laevi. Michaux l. c. C.  
perennans. Walt. Agrostis anomala Willd.  
Sp. 1. p. 370. Hab. in Virginiae maritimis,  
ad ripas. ♂

143. **LEERSIA.** *Cal.* o. *Cor.* 2-valvis,  
clausa: valvul. compresso-navi-  
cularibus, muticis.

1. *Oryzoides*, panicula effusa, spiculis  
triandris patulis, glumis oblongo-ovalibus,  
carina ciliatis. Willd. Sp. 1. p. 325. Swartz  
prod. 21. Michaux. p. 39. *Phalaris oryzoides.*  
Lin. Schreb. gram. 6. t. 22. B. L. virginica.  
Willd. l. c. Hab. in paludosis et ad margi-  
nes fluvior. passim; etiam in America.  
Gram. asperum.

2. *lenticularis*, panic. ramis subsoli-  
tariis, spicul. imbricatis, glumis orbicu-  
latis ciliatis majusculis. Michaux 1. p. 39.  
Hab. in paludosis Illinoisib. in Amer.  
boreali.

3. *monandra*, panicula effusa, spicis  
remotis laxis, spiculis secundis subrotundis  
monandris, glumis laevibus. Swartz. prod.  
21. c. j. Fl. p. 130. Hab. in Jamaicae nemorib.  
cretaceis. Vere.

4. *hexandra*, panic. effusa, spiculis  
alternis hexandris, glumis sublaevibus.  
Swartz prod. 21. Stigm. pallide purpurea.  
Hab. in Jamaicae squosis.

144. **ZOYDIA.** *Cal.* 1-valvis, cari-  
natus. *Cor.* 1-valvis, membra-  
nacea.

1. *pungens.* Willd. in Nov. Act. Nat.  
cur. Berol. v. 3. Hab. in Malabaricae ma-  
ritimis. Nardum refert.

145. **MILIUM.** *Cal.* 2-valvis, 1-  
florus, ventricosus. *Cor.* 2-valvis,  
brevissima. *Stigm.* penicillata, S.  
villosa.

1. *nigricans*, flor. paniculatis confertis,  
valvulis calycinis nitidis nigrescentibus,  
fol. ensiformibus longissimis. Flor. per. 1.  
p. 47. Colitur in Pillao, Cuchero ubi Maiz  
de Guinea audit. E semiuib. torrefactis  
Peruviani farinam praeperant, ex qua  
potum et cibum conficiunt.

2. *capensis*, panic. capillari, calycib.  
acuminatis, cor. arista terminali incurva  
Lin. mant. p. 185. Willd. Sp. 1. p. 358.

Hab. ad Cap. S. spei Cul. palmares. Fol. angusta subtus pilosa.

3. *punctatum*, panic. ramis simplicissimis, flor. alternis geminis secundis. Amoen. acad. 5. p. 39a. Hab. in Jamaicae graminosis, udis.

4. *lentigerum*, panicula subspicata, flor. aristatis. Schreb. gram. 14. t. 23. f. 3. Vahl. symbol. 2. p. 18. Agrostis australis. Lin. Mant. 30. Gouan. hort. 39. t. 1. f. 2. Alopecurus ventricosus. Hud. Pluk. alm. 177. t. 33. f. 6. Hab. Mompeli, in Anglia et Aegypto.

5. *compressum*, spicis subternis, flosc. alternis muticis rachi adpressis, culmo medio articulato-compresso, pedunc. longissimis. Swartz prod. 24. Fl. p. 183. Hab. in Jamaica et India occidentali. Sem. compressum. S. ¶

6. *digitatum*, spicis digitatis subquaternis subsessilib., flosc. muticis appressis secundis, fol. margine cartilagineo-serratis. Swartz. Flor. p. 181.

7. *cimicinum*, racemis digitatis, calyc. valv. exteriori ciliata. Mant. 184. Panicum Retz. Obs. 3. p. 9. Hab. in Malabar. Flor. cum semine ipsi ob cilia cimicem quamdam referunt. Lam. enc. 1. p. 59. n. 19. In Jamaica, pratis aridis. ☉

8. *panicum*, spicis subdigitatis alternis patentibus filiformibus; flosculis secundis muticis pedicellatis trigonis. Swartz Flor. p. 179. Hab. in Jamaica. Distinctum a M. cimicino. L.

9. *effusum*, flor. verticillato-paniculatis dispersis muticis. Lin. Flor. dan. t. 1143. Leers. t. 8. f. 7. Hab. in nemoribus. ¶

10. *confertum*, asperum, panicula coarctata, flor. coloratis muticis. Mill. dict. n. 4. Hab. in Helvetia et Gallia. Distincta species.

11. *globosum*, panic. patula, glumis muticis, pedicellis cingulo luteo. Thunb. Jap. p. 49. Hab. in Japonia.

12. *caerulescens*, flor. paniculatis aristatis, aristis glumis brevioribus. Schousb. maroc. 1. p. 34. Desf. atlant. 1. p. 66. t. 12. In fissuris rupium Atlantis et circa urbem St. Crucis.

13. *paradoxum*, flor. paniculatis aristatis. Schreb. gram. t. 28. f. 2. Agrostis. Sauv. Mousp. 45. Hab. in Gallia meridionali, Carniola. Panicula alba. Semen nigrum.

14. *villosum*, panicula laxa, flosc. muticis, calycibus lanatis. Swartz prod. 24. Andropogon insulare. Lin. Amoen. acad.

5. p. 41a. Sloan. jamb. 35. hist. 1. p. 43. t. 14. f. 2. Hab. in Jamaica. ☉

15. *ramosum*, culmo ramoso, flor. paniculatis subbinatis hirsutis. Retz. obs. 6. p. 22. Hab. in India orientali.

146. AGROSTIS. Cal. 2-valvis, unisporus, valv. acutis. Cor. 2-valvis. Stigm. longitudinaliter hispida, s. plumosa. (Flosc. patentibus.)

\* *Aristatae.*

1. *Spica venti*, petalo exteriori arista recta stricta longissima, panicula patula. L. Willd. Sp. 1. p. 361. Leers herb. t. 4. f. 1. Hab. inter segetes. ☉

2. *interrupta*, petalo exteriori aristato, panic. attenuata coarctata interrupta. Vaill. 88. t. 71. f. 4. (bona.) Hab. in Europa australiori. Virescens. Aristae longiusculae.

3. *spiciformis*, panic. spicaeformi, flosc. biaristatis: arista altera receptaculo inserta geniculata longiori, altera infra apicem corollae rectis, cor. hirsutis. Lin. suppl. p. 108. Hab. in Teneriffa.

4. *hirsuta*, panic. subspicata, culma foliisque hirsutis, cor. dorso aristatis, apice bifidis. Lin. suppl. 108. Cresc. cum priore.

5. *miliacea*, petalo exteriori arista terminali recta mediocri, flor. ovatis laevibus. Gouan. illustr. 3. Hab. in Hispania, Gallia et Sibiria. ¶

6. *bromoides*, panic. simplici angustata, cor. pubescente; arista recta calyce longiore. Mant. 30. Gouan. illustr. 3. t. 1. f. 3. Hab. Mompeli. Cor. arista recta, scabra, calyce duplo triplove longior ut in Bromis. L.

7. *arundinacea*, panic. oblonga, petalo exteriori deorsum villosa, basi aristato, arista torta calyce longiore. Lin. Calamagrostis arundinacea. Roth. germ. 1. 33. II. 89. Hab. in rupestrib. sylvois, glareosis iuniperetis. Palleascens. ¶

8. *Calamagrostis*, panic. incrassata, petalo exteriori toto lanato apice aristato, culmo ramoso. Hab. in Helvetiae, Veronae alpibus. Panic. densa.

9. *serotina*, panic. flosculis oblongis mucronatis, culmo oblecto fol. brevissimis. L. Mant. 30. Segu. ver. 3. p. 146. t. 3. f. 2. Hab. Veronae. Fol. brevis, vix articulis longiora, patentia.

10. *rubra*, panic. primo contracta, florente patentissima, petalo exteriori glabr. arista terminali tortili recurva.

Roth. germ. t. 31. II. Fr. Hab. in Anglia, Suecia vulgaris. Panic. rubescens.

11. *stricta*, panic. elongata stricta, cor. calyce minoribus, arista e basi petali, tortili, flore longiore. Willd. Sp. 1. p. 366. Hab. in America boreali. Affinis praecedenti. Fol. plana angusta linearis. Ligula laevis. Cor. tenera membranacea. W.

12. *ovata*, petalo exteriori ante apicem aristato; panic. ovata coarctata spiciformi. Forst prod. n. 40. Hab. in nova Zeelandia.

13. *canina*, calycib. ovatis coloratis, arista dorsali recurva, culmis prostratis subramosis. Leers. t. 4. f. 2. Smith brit. 78. Hab. in pascuis graminosis. Arista setacea alba, medio notata geniculo fusco. L.

14. *alpina*, fol. setaceis, panicula coarctata, calycib. hispidiusculis coloratis: petalo exteriori truncato, arista dorsali geniculata. Leysser. halens. n. 67. ed. 2. p. 34. Scheuch. gram. prod. 22. t. 4. f. 1. Hab. in alpibus inque montibus Saxoniae. ☉

15. *rupestris*, fol. filiformi - setaceis, panicula patula, calycib. hispidiusculis patentibus coloratis, petalo exteriori arista dorsali geniculata flore duplo longiore. Willd. p. 368. Allion. pedem. n. 2161. Hab. in Helvetiae, Bohemiae, Italiae rupestris. Floresculi stramineo-fusci nec violacei. W. ☉

16. *setacea*, cal. lanceolatis, cor. basi aristata: arista geniculata, fol. radicalibus setaceis. Smith. brit. p. 79. Curt. Flor. lond. t. 12. Agr. alpina. Withering. Hab. in Angliae ericetis aridis. Fol. glaucescentia.

17. *littoralis*, cal. lineari - lanceolatis aristatis, cor. nuda, arista subterminali recta, culm. decumbentib. Smith. Fl. brit. 1. p. 78. Withering Flor. t. 23. Hab. in littoribus marinis latis. Flor. Augusto.

18. *compressa*, panic. coarctata, calycib. aequalibus laevib. cor. infra apicem brevissime aristatis. Willd. A. *dubia*, cal. aequalibus laevib. cor. infra apicem mucronatis, fol. setaceis. Leers herb. t. 4. f. 4. Hab. in Germania.

19. *vinealis*; calycib. coloratis, petalor. arista dorsali longitudine fere calycis, culmis ascendentibus. Schreb. spicil. 57. n. 977. Hoffm. germ. 35. Hab. Lipsiae in agris, collib. passim. Var. flosc. muticis. Priori affinis ☉

☉? *gigantea*, panic. parte superiore potentissima, calycibus hispidis, petalo teriore glabro, dorso superae subaristato,

culmo erecto. Roth. Fl. germ. I. p. 31. Willd. l. c. Crescit ad ripas fluviorum. ☉

\*\* *Muticae.*

20. *capillaris*, panic. capillari patente flexuosa, calycib. subulatis aequalibus glabris coloratis muticis. Smith. ic. ined. fasc. 3. p. 54. t. 54. Willd. l. c. Agrostis capillaris. Lin. Sp. plant. ed. 2. p. 93. Hab. in Lapponiae alpinis, etiam in Lusitania secundum Swartz in bot. Journ. 2. p. 22.

21. *vulgaris*, panic. patente, ramulis divaricatis capillarib., cal. aequalibus, petalo interiori duplo breviori retuso. Smith brit. 1. p. 79. Hoffm. germ. ed. 2. p. 36 A. *hispidula*. Willd. Spec. 1. p. 370. Agrostis *capillaris* Auctorum. Leers. t. 4. f. 3.

☉. *pumila*. Lin., minor, culm. fasciculatus, sem. usulagine corruptis inclusis. Lightf. Scot. ic. in titulo. v. 2.

☉. *sylvatica*, panic. coarctata, cal. aequalibus: virginis cor. brevioribus, fornicatis (ustilago) duplo longioribus. Lin. vid. Steinbuch im Naturforscher (promtuarium germanic.) Fasc. p. 233. t. 5. Smith. l. c.

22. *stolonifera*, panic. coarctata, culm. ramoso repente, flor. congestis, cal. aequalibus lanceolatis pubescentibus. Smith. l. c. Martin Flor. rustica t. 120.

☉? *coarctata*, panic. contracta, cal. subaequalibus, cor. brevioribus obtusis hispidulis: fol. angustis Hoffm. l. c. 37.

☉. *dulcis*, panic. densa breviuscula interrupta, flor. fasciculatis subsessilibus.

☉. *gracilis*, caespitosa, culm. gracili subdecumbente, panic. in spicam cylindricam coarctata, flosc. glabris subnitidis. Hab. in arvis, pratibus, sylvaticis, collibus. Obs. An recensitas varietates huc aut ad *albam* pertineant, aut distinctae species sint, determinare haecenus nequeo. var. ☉ sub nomine Agr. *dulcis Sibthorpii* hinc inde colitur, etiam e Silesia habeo. In var. ☉, quam circa Lugdunum Gallorum collegi, glumae glaberrimae sunt, sed pedicelli subincrassati hispiduli ut vere in A. *alba*.

23. *pyramidata*, panic. patente parva pyramidata, cal. cor. longioribus vaginis ore pilosis. Lam. Ill. gen. p. 161. Hab. in Amer. meridionali.

24. *barbata*, panic. contracta subspicata, cal. inaequalibus, vaginis barbata. A. littoralis Lam. ill. p. 161. Hab. in Amer. meridional. Rich.

β. *senegalensis*, ramis panicula longioribus. Lam. l. c. In Senegal.

α5. *alba*, panicula laxa, calycibus muticis aequalibus, culmo repente.

α. *palustris*, panic. coarctata mutica, cal. aequalibus hispidiusculis, culm. repente. Huds. angl. 27. Flor. opaci subpurpurasc. demum pallescunt.

β. *verticillata*, panic. subinterrupta, flor. fasciculatis subsessilibus nitulis, glum. muticis. Villars D. ujh. 2. p. 74. Flor. virescunt. Caeteris species. europaeis major. Hab. in pratis humilis.

α6. *diandra*, panic. elongata contracta, floribus subulatis muticis diandris, foliis convolutis. Retz. obs. 5. p. 19. Hab. in India.

α7. *ciliata*, panicula mutica, gluma calycina angulata ciliata. Thunb. jap. 49. Hab. in Japonia.

α8. *capensis*, panicula spicata cylindrica mutica, culmo nutante. Willd. A. spicata. Thunb. prod. 19. Hab. ad Cap. b. spci.

α9. *pungens*, panic. contracta spicaeformi, fol. involutis rigidis pungentibus superioribus oblique oppositis, culmo ramoso. Schreb. gram. 2. p. 46. t. 27. f. 3. Lam. enc. 1. p. 59. A. Virginica Lin. Willd. sp. 1. p. 373. Hab. in maritimis Hispaniae, Galliae australis, etiam in America, Africa et Orienta. ¶

β0. *spicata*, panic. spicata, fol. involutis rigidis, in geniculis coarctatis, ramis infractis. Vahl. symbol 1. p. 9. A. virginica sarmentis repentibus fol. convolutis ciliatis. Forsk. descript. p. 20. Hab. in Arabiae desertis. ¶

β1. *maritima*, panic. spicata, ramulis brevissimis, cal. muticis laevibus aequalibus. fol. involutis. Lam. ill. p. 161. enc. 1. p. 61. In arenosis maritimis prope Narbonne. Spic. fere ut in *Poa cristata* L. Hab. in desertis arenosis Arabiae. ¶

β2. *mexicana*, panicula oblonga congesta, cal. corollisque acuminatis subaequalibus muticis, radice tuberosa. Hab. in America calidior. Corollae. basi pilosae. Aristae nullae. Facies Cinnae. ¶

β3. *comandelina*, panic. ovata patente, pedunc. simplicibus, flor. secundis muticis, cal. aequalibus acutis nitulis. Retz. obs. 4. p. 19. Vahl. symbol. 1. p. 10. Hab. in aridis duris Malabaricae, Arabiae.

β4. *tenacissima*, panic. contractata

βiformi, flor. muticis linearibus valvulis parallelis. Lin. suppl. 107. Hab. in India orientali. Radix dura cespitosa, culmis pluribus. Panic. filiformis, floribus adpressis.

β5. *purpurascens*, panic. coarctata elongata, ramis adpressis erectis, flosc. inaequalibus acuminatis. Swartz. prol. 25. et Flor. p. 185. Hab. in Jamaica. Facies *Airae cespitosae*. Sw. Sequenti affinis.

β6. *indica*, panic. contracta spicaeformi longissima, fol. vaginantibus spicam subaequantibus. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 115. t. 73. f. 1. A. elongata. Lam. ill. p. 162. Hab. in Indiae occidentalis subhumiditate. Panic. oblonga viridis et racemis lateralibus alternis, rachis approximatis. Lin.

β7. *procera*, panic. pedunculis racemosis erectiusculis, flor. hirsutis muticis lanceolatis. Retz. obs. 4. p. 19. Hab. in graminosis subhumiditate Malabaricae.

β8. *linearis*, spic. subgusternis digitatis, flosc. unilateralibus alternis adpressis muticis. Retz. obs. 4. p. 19. Hab. in India ad vias tempore pulvisco.

β9. *lenta*, spic. subternis umbellatis, flosc. muticis oblongis acutis, valvulis cal. subaequalibus, fol. vaginisque glabris. Ait. Kew. 1. p. 95. Hab. in India. ☉

β10. *stellata*, spic. quaternis umbellatis, flosc. muticis ovatis compressis, valvulis cal. inaequalibus, fol. vaginisque glabris. Willd. p. 376. Hab. in Insula St. Helena. Spicae quaternae basi involutae. W.

147. **STURMIA**. Cal. 2-valvis: valv. aequalibus truncatis. Cor. minor, 2-valvis ovata. lanuginosa, mutica. (Spica filiformis, flor. alternis sessilibus.)

1. *verna*. *Agrostis minima*. L. Willd. Spec. 1. p. 372. Hoppe in Sturm. Flor. germ. icon. Hab. in Europ. australis agris, rudertis; Vere.

148. **AIRA**. Cal. nitens, 2-valvis, 2-florus. Cor. 2-valvis, mutica aut basi aristata.

\* *Muticae*.

1. *arundinacea*, panicula oblonga secunda mutica imbricata, foliis planis. Sp. pl. 95. Willd. Sp. 1. p. 376. Hab. in Oriente.

2. *minuta*, panicula laxa subfastigiata ramulosis, flosc. muticis. Loefl. it 117. Schreb. gram. t. 21. f. 2. Hab. in Hisp.

3. *aquatica*, panic. patente, flor. muticis laevibus cal. longiorib., fol. planis L. Poa airoides. Koeler. Vall. paris. 89. t. 17. f. 7. Obs. An ob affinitatem cum Poa distante ad Poas amandanda? Hab. in squosis.

4. *caerulea*, panicul. coarctata, flor. conico-cylindricis. Melica. Lin. Leers. t. 4. f. 7. Molinia caerulea. Koeler gram. p. 145. Hab. in pratibus, pascuis sylvisque udis. Habitus arundinaceus, var. praesertim major sylvatica. Culm. fere enodus. Forte distincti generis. Interdum flosc. incompleti rudimentum adest.

5. *melicoides*, panic. subracematim coarctata, flor. majusculis lineari-lanceolatis muticis basi villosis: rudimento flosculi pedicellato. Michaux l. c. Hab. in Canada.

Obs. Ex secundo flosculi basi nascitur pedicellus elongatus villosus flos rudimento vix perceptibili terminatus Mich. l. c.

6. *obtusata*, panic. oblonga racemosa, fol. angustis, cal. valv. altera lineari; altera obovati, flor. muticis spicæ compressis, Michaux Flor. p. 62. Hab. in Carolinae arida.

7. *involutrata*, panic. patente, basi setaceo-involutrata, flor. muticis longiusculis cal., fol. convolutis. Willd. l. c. Cavan. ic. 1. p. 33. n. 48. tab. 44. f. 1. Hab. in collibus sterilibus Hispaniae. ☉

\*\* *Aristatae.*

8. *subspicata*, fol. planis, panic. spicata flosc. medio aristatis: arista reflexa laxiore. Lin. Planta adhuc dubia, forte Kœlcleriae generis? Hab. in Helvetiae, Lapponiae alpinis. ¶

9. *caespitosa*, fol. planis nervosis, panic. patente, petalis basi villosis aristaticis: arista recta brevi. Lin. Leers t. 4. f. 8. Hab. in Europae pratis. Panic. nitens. Fol. scabra, plicata. ¶

10. *ambigua*, fol. subsetaceis, panic. ampla pyramidata, glum. saevescens, petalis basi breviaristatis villosisque. Mich. p. 61. Hab. circa lacus Mistassina.

11. *flexuosa*, fol. setaceis, culmis subnodis, panic. divaricata, pedunc. flexuosis L. Flor. dan. 157. Leers. t. 5. f. 1. Scheuch. gram. t. 6. f. 1. Hab. in arenosis.

12. *montana*, fol. setaceis, panic. coarctata flosc. basi pilosis aristatis: arista toruli longiore. Leers t. 5. f. 2. Hab. in montosis. An prioris junior planta?

13. *alpina*, fol. subulatis, panic. densa

flosc. basi pilosis aristatis: arista brevi. Scheuch. gram. 222. Hab. in alpinis.

14. *antarctica*, fol. planis, panic. composita patente, calycib. trifloris, flosc. medio aristatis, arista elongata rectiuscula. Forst. prod. 41. Hab. in Nova Zelandia. An Avena?

15. *canescens*, fol. setaceis: summo spatheo paniculam inferne involvente, aristis clavatis cal. brevioribus. Hab. in arenosis, Panicula deflorata e vagina exit. Fol. glauca.

16. *articulata*, paniculata, cal. flosculo longiore acuto, arista clavata medio nodosa e basi glumae prodeunte. Desf. Atl. 1. p. 70. t. 13. Prope Mascara in arvis. Fol. glauca lata: spica convoluta. D.

17. *chinensis*, fol. setaceis, panicula erecta, flosc. aristatis villosis. Retz. obs. 3. p. 10. Hab. in China.

18. *praecox*, fol. setaceis: vaginis angulatis, flor. subspic. flosculis basi aristatis. Flor. dan. t. 383. Smith angl. 1. p. 87. Hab. in campis arenosis et sylvaticis. Flosc. basi nudis, dorso aristatis. Smith.

19. *caryophyllea*, fol. setaceis, panic. divaricata trichotoma, flor. aristatis distantibus. Leers t. 7. f. 7. Hall. helv. n. 1482. Hab. in Angliae, Germaniae, Galliae glaucosis. ☉

20. *setacea*, fol. setaceis, panic. diffusa, flosc. basi pilosis: inferiore mutico, superiore arista brevi. Retz. obs. 3. p. 10.

149. **MEICA.** Panic. spicæ aut racemiformis. Cal. coloratus, 2-valvis, 2-florus: glum. laxæ, obtusæ membranaceæ, inaequales. Cor. 2 valvis, ventricosa, minor. Rudim. floriss.

1. *ciliata*, spicata, flosculi inferioris petalo ciliato L. Hab. in collibus sterilib. saxosis. Pallescens. ¶

2. *decumbens*, corol. hirsutis, flor. racemosis nutantibus, culmo decumbente. Thunb. prod. 21. Ad cap. 6. Sp.

3. *racemosa*, corol. hirtis, racemis cernuis, culmo erecto. Thunb. prod. 21.

4. *nutans*, cal. bisoro, petalis imberbibus, panicula nutante simplici. Schreb. gram. 62 t. 6. f. 2. M. montana. Lam. enc. Hab. in Europae frigidioris sylvaticis montosis. Flor. subsecundi majusculi pedicellis breviusculis. Cor. subulcata. Cum sequente ut plurimum confunditur.

5. *uniiflora*, panic. suberecta divisa cal. unisiflora. Retz. obs. 1. p. 10. Willd. Spec. 1. p. 383. M. Lobelii, panic. ramosa, fol. vaginis acuminata oppositifolia, radice repente. Villars delph. 2. p. 60. t. 3. f. 3. Passim cum priore, cui similis. ¶
6. *minuta*, culmo ramoso, fol. setaceis, petalis imberbibus. Lin. Mant. 32. Hab. in Italia. Racemi simpliciter, capillares, pauciflori. Cal. bivalvis ovatus, flosculus dimidio brevior. Planta dubia.
7. *setacea*, flor. racemosis, fol. setaceis subdistichis, petalis subbarbatis. Hab. in Gallia prope Beaucaire. Fol. lacvia.
8. *aspera*, fol. angustis conniventibus, panic. patente pyramidata, glumis imberbibus. Desf. Atl. 1. p. 71. Barrel. t. 95. f. 1. Hab. in fissuris rupium in Atlantic. Vag. striata. Flor. racemosi, unilaterales. Cal. 3-florus. Desf.
9. *pyramidalis*, panic. patente pyramidata, glumis variis, fol. latiusculis subconvolutis. Lam. ill. p. 177. Morison sec. 8. t. 7. f. 1. Hab. in Barbaria, et Europa australi. B. Cor. subvillosis. Gmel. sib. 1. t. 19. f. 1.
10. *laxiflora*, panic. ramis divaricatis capillarib. multifloris, cor. altera ciliata. Cav. ic. 5. p. 48. t. 473. f. 2. Hab. in regno Chilensi.
11. *glabra*, tota glabra. panic. erecta laxa: ramulis simplicibus paucifloris, flor. glumis imberbibus. Michaux Flor. p. 62. Moris. hist. 3. s. 8. t. 7. f. 51. In Virginia et Florida.
12. *papilionacea*, calycis valvula inferiore maxima colorata, petalo exteriori subciliato. L. Mant. 37. in brasiliens. Arl. spec. 2. p. 17. t. 6. f. 1. 2. Hab. in Brasilia. Forse una ex sequentibus huc pertinet.
13. *aurantiaca*, panic. subspicata, cal. valvula exteriori maxima aurantia. Cav. ic. 5. p. 46. t. 472. f. 1. Lam. enc. 4. p. 70. Hab. in vicinis Montevideo in Amer. Fol. subvillosa.
14. *violacea*, panic. subspicata secunda, cor. violaceis ciliatis, calyc. valvula exteriori argentea apice denticulata. Cav. l. c. Hab. in regno Chilensi. Priori affinis.
15. *rigida*, panic. subspicata secunda: cal. corollis aequali: harum valv. altera ciliata. Cav. ic. 5. p. 47. t. 472. f. 1. Cresc. in Montevideo. Fol. superioris vagina spatuliformis; ligula multifida. Cav.
16. *altissima*, panic. coarctata spicaeformi, petal. imberbibus. Willd. spec. p. 385. Gmel. sibir. 1. p. 98. t. 20 Hab. in Sibiria. Flosc. majusculi oblongi pallidi.
- β. *interrupta*, spica elongata interrupta flosculis oblongis linearibus coloratis imberbibus. In hortis subinde colitur.
150. **HOLCUS.** Flor. (polygami) paniculati. Cal. 2-florus, 2-valvis, (opacus, nervosus). Cor. minor: valv. altera aristata. Nectar. lineare, 2-partitum. Stigm. subsessilia.
1. *Lanatus*, glumis villosis mucronatis, flor. masculi arista incurva, fol. vagina tumida villosa. Lin. Leers t. 7. f. 6. Schreb. gram. t. 20 f. 1. Hab. ubique in pratis. Rad. fibrosa. Glumae calycinae mucrone longiusculo distinctae.
2. *mollis*, subglabra, rad. repente, glum. nudiusculus, arista geniculata exserta. Lin. Smth. angl. t. p. 89. Schreb. l. c. f. 2. Cuit. Lond. ic. Hab. in arvis et nemorosis. Panic. subflavescens demum. Flor. omnes hermaphroditi.
- Obs. Reliquas Linnæi species, quarum descriptiones vide apud Reichard, Syst. pl. 4. p. 307-309, omisi, cum nesciam an jure sub hoc militent genere: forte pleraeque Aërac sunt. *Sorghis* species vide infra.
151. **PHALARIS.** Cal. 1-florus, 2-valvis: valvulis subovatis dorso membranaceo-carinatis, aut lanceolatis, aequalibus, nervosis. Cor. inclusa, 2-valvis, basi pilosa (sæpius.)
1. *arundinacea*, panicula oblonga ventricosa coarctata, glumis acuminatis. Lin. Arundo colorata. Aiton. Willd. Spec. 1. p. 457. Hab. in praes-humilis et ad ripas. In hortis colitur var. fol. lineis albis pictis. Semina nitida. Holcum refert.
2. *canariensis*, panic. spiciformi ovata, glumis calycinis navicularibus integris, cor. 4-valvi: valvulis exterioribus lanceolatis glabris, interioribus villosis. Act. Kew. t. p. 85. Willd. Sp. 1. p. 326. Schreb. t. 10 f. 2. Hab. in Canariis inter segetes, hinc inde in Europa colitur. ☉
3. *aquatica*, spica cylindrica glum. navicularibus denticulatis, cor. 3-valvi: valvula interiori villosis: exteriori minus subulata. Act. l. c. p. 86. Ph. minor. Retz. Obs. 3. p. 8. Barr. rar. t. 700. f. 1. Hab. in Aegypto et ad Tiberim.
4. *sativa*, spica cylindrica, glumis ca-

venatis glabris margine membranaceis. P. *Bellardi*. Willd. in N. Act. berol. v. 3. f. P. *Bulbosa*. Lin. Hab. in Italia, Oriente et etiam his in locis quasi sponte. Pro avicularum canariensium nutrimento in nonnullis regionibus colitur, et in Europam deportatur, cfr. Desf. Atl. t. p. Rad. in paucissimis bulbosa seu fibrosa.

5. *tuberosa*, spica mutica subcylindrica glumis apice crenatis, culmo basi globosotuberoso. Ph. *bulbosa*. Cav. ic. t. p. 46. t. 64. Hab. in Hispania. Culm. basi bulbis saepe tribus globosis, concatenatis. C.

6. *capensis*, panic. spicata ovata, glum. integris, culmo geniculato decumbente. Thunb. prod. 19. Hab. in Cap. b. spei.

7. *arenaria*, spica obovata, glumis cal. integerrimis ciliatis vagin. ventricosa. Phleum spica ovata ciliata, caule ramoso. Lin. Pluk. alm. 177. t. 33. f. 8. Crypsis. Desf. Atlant. 1. p. 61. Hab. in Europae et Barbar. arenosis. Cal. cor. multo major glumis lanceolatis. ☉

8. *alpina*, panic. cylindrica spiciformi, glumis calveinis mucronatis carinatis. dorso ciliatis. Willd. l. c. Hab. in alpiibus.

9. *paradoxa*, panic. mutica oblonga spiciformi, glumis calveinis navicularibus unidentatis, corolla bivalvi glabra, flosc. infimis praemorsis. Ait. L. c. Linn. fil. dec. 35. t. 18. Schreb. gram. t. 12. Ph. praemorsa. Lam. ill. p. 164. Hab. in Oriente et Lusitania.

10. *eruciformis*, panicul. secunda lineari, cal. 1-2 floris. Lin. Cynosurus eruciformis. Ait. Willd. Sp. 1. p. 412. Barr. rar. t. 29. Gmel. sib. 1. t. 29. Hab. in Europa australi, Sibiria et ad fretum Hudsonis.

11. *villosa*, panic. multiflora stricta, flor. obovatis villosis. Michaux Flor. p. 43. In sylvis Carolinae. Habitu recedit.

152. **CRYPISIS.** *Cal.* 2-valvis. *Cor.* 2-valvis, longior. *Stam.* 2-3. Spica folior. vagina involucreta; seu flor. in capitulum foliatum congestis.

1. *aculeata*, caule ramosissimo, spic. capitato - hemisphaericis, fol. vaginantibus brevibus pungentibus cinctis. Willd. Spec. p. 158. Lam. ill. gen. 1. p. 166. t. 42. f. 2. Anthoxant. aculeatum. L. Moris. hist. 3. p. 165. s. 8. t. 5. f. 3. Hab. in Europae australis locis petrosis glareosis, etiam in Barbaria. ☉

2. *schoenoides*, spic. ovatis vagina fo-

liacea cinctis, caul. romoso procumbente. Lam. l. c. f. 1. Phleum schoenoides. L. Jacq. Fl. austr. app. t. 7. Spartina phleoides. Roth N. Bot. Beytr. 3. p. 101. Hab. in Italia, Gall. australi, Hisp. et Smyrnae Antecedente dimidio fere major. ☉

153. **PHEUM.** *Cal.* (induratus) 2-valvis: valv. linearibus, apice retuso seu carina prominente utrinque bicuspido. *Cor.* inclusa. (Flor. spicati.)

\* *Spica composita.*

1. *Phalaris*, spica composita cylindrica, glumis ciliatis carinatis mollioribus. Phalaris *phleoides* L. Flor. dan. t. 531. Engl. bot. t. 459. Hab. in versuris agrorum. Cal. minus retuso et teretiori Phalaridi affine. ☉

2. *asperum*, spica composita cylindrica, cal. gibbo aspero. Villars dauph. 2. p. 61. t. 2. f. 4. Ph. *viride*. Allioni. Phalaris. Retz. Willd. Sp. 1. p. 398. Hab. in Europa australi. Cal. subcartilagineo, fere glaber. ☉

3. *dentatum*, spic. subpaniculata cylindrica, glumis serratis, culm. geniculato. Thunb. prod. p. 19. Lin. suppl. p. 106. sub Phalar. Hab. ad Cap. b. spei. Glum. carina cartilaginea dentata; dentib. globosis. ☉

\*\* *Spica simplic.*

4. *pratense*, spica cylindrica ciliata elongata, culmo erecto. Lin. Leers. Herb. t. 3. f. 1. Schreb. gram. t. 14. Hab. in pratis, ad versuras. ☉

5. *alpinum*, spica villosa ovato-cylindracea. L. P. spicis ovatis hirsutis, locustis longe bicornibus. Hall. helv. n. 1529. Hab. in alpiibus. Spica nigrescens s. atropurascens.

6. *Gerardi*, spica subrotunda, glumis ciliatis, culmo simplici, vaginis ventricosis. Gerard prov. 78. n. 4. Jacq. ic. rar. 2. t. 301. Hab. in summis alpiibus Europae austral. Stylus unicus? cfr. Jacq. ic. 301

7. *nodosum*, spica subcylindrica parva, culm. adscendente, fol. obliquis radice bulbosa. Flor. dan. t. 380. Leers t. 3. f. 2. Gram. nodosum, spica parva, Baub. Hab. in collib. graminosis. Spica glabra.

154. **AVOPFCURUS.** *Spica. Cal.* 2-valvis. *Cor.* 1-valvis, basi aristata, aut mutica.

1. *bulbosus*, culmo erecto, spica cylindrica, radice bulbosa. Gouan. monsp. 37. Willd. Sp. 1. p. 356. A. culmo erecto,

spica simplicissima attenuata, glum. ciliatis; distinctis (nec basi connatis.) Smith Flor. brit. 1. p. 5. Barr. ic. Gca. f. 1. Hab. in Galliae, Angliae pratis.  $\bar{\tau}$

3. *pratensis*, culmo erecto, glumis villosis, cor. muticis. Hab. in Europae pratis.  $\bar{\tau}$

3. *capensis*, spica cylindrica, glumis glabris muticis. Thunb. prod. 19. Hab. ad Cap. h. spei.

4. *antarcticus*, culm. erecto, spica ovata, glumis hirsutis, cor. aristatis: aristis cal-longioribus. Vahl. symbol. 2. p. 18. Hab. ad freum Magellanicum.

5. *agrestis*, culm. erecto, spica cylindrica (purpurascens) glum. laevib. Leers t. 2. f. 5. Schreb. gram. 140. t. 19. f. 2. Hab. in agris.  $\bar{\tau}$

6. *subaristatus*, culm. erecto, glumis ovalibus obtusis, arista vix exerta. Mich. Flor. amer. 1. p. 43. Hab. in Canadae paludosis.

7. *geniculatus*, culm. spicato infracto, cor. muticis. Leers t. 2. f. 7. Roib. germ. 2. p. 78. Hab. in ubiginosis  $\bar{\tau}$

8. *echinatus*, panic. spicata ovata, glum. punctatis ciliatis, culmo geniculato. Thunb. prod. 19. Hab. in Cap. h. spei.

9. *utriculata*, spica ovata, valv. calycinis compressis subcallosis, carina pilosis, arista articulata, fol. vag. superne utriculata. Phalaris utriculata. Lin. Scop. delic. insubr. 1. 12. Tozzetta pratensis. Savi in act. ital. v. 8. p. 477. Hab. in Anglia; praesertim vero in Italia in pratis Mediolanensib. et Ticinensibus quae Martitae vocantur. Scop. An distincti generis cum sequente?

10. *ventricosa*, elongata, spica cylindrica, glumis villosis, cor. aristatis, vagina ventricosa. Hab. in Gallia. Phal. *utriculata* quorundam. Cor. uniglumis uti in *pratensis*. A. *pratensis* affinis.

155. POLYPOGON. Cal. 2-valvis, aristatus, uniflorus. Cor. 2-valvis: valvula exteriori aristata.

1. *monspeliense*, (*crinitum*), panicula coarctata subspicata, calycib. subpubescentibus margine ciliatis. Willd. in Act. nov. Soc. Nat. Berolin. vol. 3. Desf. atl. 1. p. 67. Alopecurus Lin. Phleum crinitum. Schreb. gram. t. 20. f. 3. Smith. Flor. brit. 1. p. 71.  $\beta$ . *panicum*. Alop. *panicum*, minor, glumis villosis Lin.

tyst. veg. Barrel Ic. t. 115. f. 1. Hab. in Galliae et Angliae paritissimis.

2. *maritimum*, panicula coarctata subspicata ovata, cal. hirsutus margine ciliatis, culmo gracilato. Willd. l. c. Hab. ad oras maris circa Rochelle. Bompland.

3. *vaginatum*, panic. coarctata subspicata ovata, val. villosis, vaginis inflatis. Willd. l. c. Alopecurus. Pallas in Nov. Act. Petropol. 10. p. 304. Cresc. in Tauria, locis siccis.

4. *fasciculatum*, panic. subracemoso, cal. valvula exteriori longissime aristata, interiore mucronata. Willd. l. c. (*P. subspicatum*). Chaeturus fasciculatus. Link in Schrad. Bot. Journ. 1792. 2. p. 313. Crescit in Estremadura Hispaniae, in agris.

156. CHRYSURUS. Flor. spicato-racemosi. Spiculae biformes: steriles pendulae muticae multivalves ad basin fertilium involucrium mentientes; fertilium Cal. 2-valvis, 2-3-florus. Cor. 2-valvis: valvula exteriori longe aristata.

1. *Cynosuroides*. Cynosurus aureus. Lin. Willd. 1. p. 418. Koeler gram. p. 307. Barr. var. 1. 4. Hab. in Europa australi ad rupes, Barbaria et in Oriente. Spic. densa, flavo-virens.

157. PANICUM. Inflorescentia varia. Cor. 3-valvis: valvula tertia dorsali minima. Cor. 2-valvis.

\* *Spicata*.

1. *polystachyon*, spicis teretibus, involuclis unifloris fasciculato-setosis, culmis erectis superne ramosis. Lin. Willd. Sp. p. 333. Hab. in India et Aegypto. P. glauco similis. Stigm. sanguinea.  $\odot$

2. *purpureum*, spic. tereti, involucl. 1-2-setis inaequalib. flosculo maioribus 1-floris, culmo tereti ramoso. Flor. Per. 1. p. 48. Hab. in praeruptis Tarmac. Stigm. plumos., purpureum.

3. *sericeum*, spica tereti, involucl. setaceis villosis unifloris longitudine flosculorum, fol. planis. Ait. Kew. 1. p. 88. In Ind. occidentali.  $\odot$

4. *verticillatum*, spica verticillata, racemulis quaternis, involucl. unifloris bisetis, culm. diffusis L. Roth. germ. 2. p. 60. Curt. Lond. ic. Hab. in Europa australi et Oriente.  $\odot$

5. *helvolum*,



5. *helvolum*, spica tereti, involuclis unifloris fasciculato-setosis, seminibus nervosis. Lin. suppl. 107. Hab. in India orientali. Simillimum P. glauco. Culm. serpedalis, ramosus. Folia versus basin pilis albis, patentibus. ☉

40. *guyanensis*, foliis cordato-ovatis subius calycibusque tomentosis, pedunc. elongatis, flocc. corymboso-subcapitatis. Vahl. symb. 3. p. 28. Anbl. guj. 1. p. 136. t. 52. Hab. ad ripas rivulorum in Gjenna et Gujana. ¶

41. *capitatus*, hispidus, fol. cordato-ovatis, flor. cordatis. Vahl. symb. 3. p. 28. Hab. in India orientali.

42. *hispidus*, hirsutissimus, fol. cordato-ovatis, flor. umbellatis, pedunc. brevissimis. Vahl. Symb. p. 29. In India orientali.

43. *triflorus*, fol. cordato-lanceolatis attenuatis glabris obtusis, pedunc. trifloris. Vahl. p. 30. Hab. in India orientali.

44. *verticillatus*, fol. cordatis oblongis

radis, pedunc. umbellatis bifidis multiflor. L. sp. pl. 220. Ipomoea verticillata. Almoen. acad. 5. p. 394. Hab. in America. Flores caeruleascentes, parvi.

45. *violaceus*, foliis foliolisque calycis duobus exterioribus cordato-ovatis acutis, pedunc. elongatis bifidis multifloris. Vahl. symb. 3. p. 29. Hab. in insula St. Crucis.

46. *umbellatus*, fol. cordatis, caule volubili, pedunc. umbellatis. Lin. Swartz. obs. 62. Pluck. alm. 114. t. 167. f. 1. Plum. amer. 88. t. 102. Hab. in Martinica, Domingo. Cor. lutea. Stigyr. 2, globosa. Sw. T.

47. *tuguriorum*, fol. cordato-sagittatis acutis, caule anguloso, pedunc. tetragonis unisif. Forst. n. 74. Hab. in Nova Zeelandia.

48. *cordifolius*, fol. cordatis hastatis dentatis, pedunc. bifido-umbellatis, caule volubili. Th. prod. 35. H. ad Cap. b. spec.

49. *bifidus*, fol. cordatis oblongis acuminatis subtus mollissimis, pedunc. bifidis multifloris. Vahl. symb. 3. p. 30. Hab. in Java et India orientali.

50. *malabaricus*, fol. cordatis glabris, caule perenni villosa. L. Rheed. 11. t. 51. Hab. in Malabaricae arenosis. h

51. *coelestis*, fol. cordatis acuminatis-striatis pubescentibus, pedunc. elongatis umbellato-trifidis. Forst. prod. n. 77. Hab. in ins. Tanna.

52. *canariensis*, fol. cordatis pubescentibus, caule perenni villosa, pedunc. multifloris. L. Comm. hort. 2. p. 101. t. 51. Pluck. alm. t. 325. f. 1. Hab. in Canariensibus insulis. h

53. *ferrugineus*, ferrugineo-tomentosus, fol. cor. ato-ovatis acutis, pedunc. axillaribus quadrifloris. Vahl. eclog. 1. p. 17. Hab. in Amer. merid. h

54. *muricatus*, fol. cordatis, pedunculis incrassatis calycibusque laevibus, caule muricato. L. Hab. in Surate. Simillimus C. purpureo. ©

55. *triqueter*, fol. cordatis acutis subvillosis, pedunc. multifloris, caule tricarinato. Vahl. symb. 3. p. 30. Hab. in insula. St. Crucis.

56. *anceps*, fol. cordatis, caule volubili utrinque carinato. L. H. in Zeylona, Java.

57. *Turpethum*, fol. cordatis angulatis, caule membranaceo quadrangulari, pedunc. multi. L. Blackw. t. 397. Herrm. Lugd. B. t. 178. 179. Turpethum repens, fol. Althaeae velindicum. Bauh. pin. 149. In Zeylona. T.

58. *grandiflorus*, foliis cordatis ovatis

obtusiusculis integerrimis, pedunc. subbifloris, cal. coriaceis, caule petiolisque pubescentibus. Lin. suppl. 136. Rheed. 11. t. 60. Hab. in India inter spineta ad littora fluminum. Caulis arboreus. Cal. di-e. triphyllus coriaceus. h

59. *trinervius*, fol. cordatis oblongis glabris trinerviis, caule volubili tereti, pedunc. unisifloris. Thunb. jap. 85. encycl. bot. 3. p. 543. Hab. in Japonia. Folia opposita. An Ipomoea?

60. *peltatus*, fol. peltatis, pedunculis multifloris, L. Rumph. amb. 5. t. 159. Hab. in Amboina inque Societatis insulis.

61? *Jalapa*, caule volubili, fol. ovatis subcordatis obtusis, obsolete repandis subtus villosis, pedunc. unisifloris. Ait. Kew. 1. p. 211. Hab. in Mexico, Vera cruce. Rad. magna, nigra. Sem. hirsuta. Ipomoea macrobriga. Michaux. p. 141?

62. *macrospermus*, fol. ellipticis acutis glabris, cor. planis, capsularum loculis monospermis, caule scandente. Willd. p. 860. Mouroucoa violacea. Aubl. Guj. 1. p. 142. t. 54. Hab. in Gujanae sylvis. h

63. *tenellus*, fol. ellipticis mucronatis, basi subcoriatis, pedunc. bifloris fol. longioribus. Willd. Lam. enc. 3. p. 515. Pluck. alm. 114. t. 166. Hab. in Carolina.

64. *sericeus*, fol. lanceolato-ellipticis, subtus tomentoso-sericeis, pedunc. subumbellatis, cal. pilosis, caule volubili. Lin. C. mollis. Burm. ind. 44. t. 17. f. 1. Hab. in India. h

65. *tomentosus*, fol. trilobis tomentosis, caule lanuginoso. Lin. Sloan. jam. 55. hist. t. 98. f. 2. Pluck. t. 167. f. 4. In Jamaica.

66. *quinqueflorus*, fol. sagittato-ovatis attenuatis glabris crenato-subrepandis, pedunc. subquinquefloris. Vahl. symb. 3. p. 31. Hab. in insula Borbonia?

67. *arenarius*, fol. oblongis emarginatis basi lobatis integrisve, pedunc. unisifloris, cor. tubulosis. Vahl. symb. 1. p. 16. Hab. in ins. Azoricis et ins. St. Crucis.

68. *althaeoides*, fol. cordatis sinuatis sericeis: lobis repandis, pedunc. bifloris. L. Barr. rar. 5. t. 312. Hab. in Europae meridionalis, Orientis et Africae collib. T.

69. *cairicus*, fol. palmatis glabris serrulatis, stipulis foliiformibus palmatis, axillaribus tomentosis, cal. pedunculatis laevibus. Vahl. symbol. 1. p. 15. Ipomoea palmata. Forsk. Hab. in Aegypto T.

70. *quinquelobus*, fol. palmato-quin-

quelobis serrulatis obtusis glabris, axillis tomentosis, pedunc. unifloris, caule glabro. Vahl. symb. 3. p. 32. In insula St. Crucis.

71. *vitifolius*, fol. palmatis quinquelobis glabris dentatis, caule piloso, pedunculis multifloris. L. Mant. 203. Burm. ind. 45. t. 18. f. 1. Pluck. alm. t. 25. f. 3. Hab. in India orientali.

72. *mucronatus*, fol. palmato-pedatis: lobis ciliatis apice mucronatis, pedunculis unifloris. Forst. prod. n.º 79. Habit. in insula Taunus.

73. *macrocarpus*, fol. palmato-pedatis quinquepartitis, pedunc. unifloris. L. Plum. spec. t. ic. 31. f. 1. Hab. in Amer. Pedunc. articulati, incrassati. ☉

74. *paniculatus*, fol. palmatis lobis septenis ovatis acutis integerrimis, pedunc. paniculatis. Linn. Jacq. collect. 4. p. 216. Rheed. 11. t. 49. Hab. in Malabaricae arenosis. Var. fol. 3-lobis s. 5-lobis. ¶

75. *macrorrhizos*, fol. digitatis septenis integerrimis, caule glabro, pedunc. triflor. Lin. Plum. sp. t. ic. 50. f. 1. Hab. in Amer. An Ipomoea?

76. *quinquefolius*, fol. digitatis glabris dentatis, pedunc. laevibus. Linn. Swartz. obs. 61. Pluck. alm. 116. t. 167. f. 6. Hab. in America, in Jamaicae sepibus. Stigm. 2. subglobosa. Sw. Ipomoea?

77. *glaber*, fol. digitatis quinatis: foliol. ovato-lanceolatis integerrimis laevibus, pedunc. multifloris. Lam. enc. bot. 3. p. 366. Aubl. Gujan. p. 138. t. 53. Willd. p. 86. Hab. in Cayenne. Lactescens.

78. *venosus*, glaber, fol. digitatis: foliolis petiolatis ovato-acuminatis venosis, petioli communibus basi cirrhosis. Lam. l. c. Vahl. symb. 3. p. 32? Hab. in ins. Franc. et Bourbonicae. Ipomoea?

79. *eriospermus*, fol. digitatis: foliolis subobovatis linearibus, angustissimis, serrulatis. Lam. l. c. p. 567. Cresc. in St. Domingo. Cap. 4-valvis, 2-loc. ul. loculis 2-spermis. Sem. sericea.

80. *macrocaryx*, fol. quinatis oblongo-lanceolatis integerrimis, pedunc. longissimis racemoso-dichotomis. Flor. Per. 2. p. 10. t. 98. In Peruv. nemorosis. Petioli contorti.

81. *chilensis*, pedunc. 1-floris, fol. profundissime 5-partitis: lacinias linearibus, media productiore. Cav. ic. 5. p. 54. t. 480. f. 1. (C. dissectus.) Cresc. in Regno chilensi.

82. *tenisifolius*, foliis digitatis quinatis, foliolis linearibus, pedunc. subquadrifloris.

Vahl. symbol. 3. p. 33. Habit. in India orientali.

\*\* *Caule prostrato et non volubili.*

83. *sicubus*, fol. cordato-ovatis, pedunc. unifloris: bracteis lanceolatis, flor. sessilib. L. Moec. sic. t. 48. Moris. s. 1. t. 7. f. 5. Hab. in Sicilia. Caul. vix, vel parum volubilis. Linn.

84. *ebracteatus*, fol. cordato-sagittatis postice obtusis pedunc. petiolo brevioribus ebracteatis. Lam. enc. bot. 3. p. 541. Hab. . . . Primo intuitu antecelenti similis dicitur, verum bractearum defectu distinguitur. Stigmata 2, globulosa, an hinc Ipomoea?

85. *trichosanthes*, pubescens diffusus, fol. lanceolatis oblongis cum acumine, pedunc. longis 1-5-floris, cor. pilosa indivisa. Michaux p. 137. C. humistratus et aquaticus. Walt. Cor. alba, margine subrotundiculata. Styl. profunde 2-partitus. Caps. pubescens. Michx.

86. *stans*, erectus, tomentoso-incanus, fol. subcordatis, pedunc. 1-floris, calyc. bracteis obtectis: lacinias lanceolatis mucicis. Michaux Flor. 1. p. 136. In Canada juxta Lacum Champlain. A. M. C. spithameo. Walt.

87. *pentapetaloides*, fol. lanceolatis obtusis nudis linearibus, ramis declinatis, flor. solitariis semiquinquefidis. L. Vahl. symb. 2. p. 36. C. humilis. Jacq. collect. 4. p. 209. t. 22. (β? C. prostratus, fol. radicalibus ovatis obtusis emarginatis longe petiolatis, pedunc. unifloris, caule prostrato. Roth. Abb. p. 11. t. 3. Habit. in Majorca. ☉

88. *ciliatus*, fol. oblongis cuneiformibus, obtusis emarginatis ciliatis, caule prostrato, caps. pilosissimis. Roth. catal. 2. p. 22. Priori affinis. Hab. . . †

89. *lineatus*, fol. lanceolatis sericeis linearibus petiolatis, pedunc. bifloris, calycib. sericeis subfoliaceis. L. C. spicaefolius, fol. linearibus lanceolatis basi angustatis, caule simplicibus, pedunc. folio brevioribus. Lam. enc. l. p. 527. C. serpens maritimus, spicae foliis. Triumf. obs. 31. t. 91. f. 2. Munt. 29. t. 140. Hab. in Hispaniae, Siciliae, Mediterranei maritimis et montosis. Cor. extus hirtae.

90. *evolutoideus*, caule prostrato, fol. spatulatis villosis obtusis integerrimis, flor. sessilibus. Desf. Atl. p. 176. t. 49. In regno Tunetano prope Shibam. Cor. parva, caerulea. Caps. villosa. D.

91. *suffruticosus*, caule villosis suffruticoso, fol. angusto-lanceolatis, pedunc.

2-floris folio longioribus. Desf. Atl. 1. p. 175. t. 48. Hab. in Atlante prope Tlemsen. Cor. pallide rosea aut alba. h

92. *saxatilis*, hirsutissimus, fol. linearibus, flor. capitatis, calycib. acuminatis. Vahl. symbol. 3. p. 33. C. lanuginosus, tomentosus - incanus, fol. linearibus, flor. capitatis terminalibus. Lam. enc. 3. p. 551. Docc. mus. 2. p. 70. t. 70. Hab. in Hispania, Italia, Tauria. h

93. *Cneorum*, fol. lanceolatis tomentosus, flor. umbellatis, calycib. hirsutis, caul. erectiusculo. L. C. argenteus, Lam. l. c. p. 552. *Cneorum album*, folio argenteo molli. Bauh. pin. 463. Hab. in Hispania, Creta, Syria. h

94. *linearis*, caulibus erectis fruticosus, fol. linearib. acutis piloso - sericeis, flor. terminalibus umbellato-paniculatis, calycib. pilosis. Cart. bot. mag. t. 299. Hab. . . h

95. *Cantabrica*, fol. linearib. lanceolatis acutis, caule ramoso erectiusculo, calycib. pilosis, pedunc. subbifloris. Lin. Jacq. Fl. austr. t. 296. Moris. 2. 1. t. 4. f. 3. *Cantabrica quorundam*. Clus. hist. 2. p. 49. *terrestris*, fol. linearibus sericeis, pedunc. subtrifloris, cal. hirsutis mucronatis. L. spec. 2. p. 224. Hab. in Europa australi, Tauria, Africa. Mollis incana. h

96. *palustris*, caule erecto ramoso, fol. lanceolatis pilosis, flor. axillaribus solitariis minutis subtomentosis. Cav. ic. 6. p. 80. t. 600. f. 2. Cresc. in paludosis in Acapuleo vicinis. Pedunc. bisupulati. C.

97. *Ammanni*, sericeus, procumbens, fol. linearibus, pedunc. unifloris axillaribus longe bracteatis, cal. scuto. Lam. encyc. 3. p. 526. Willd. sp. p. 870. In Sibiria ad Jeniseam et ad lacum Baikal. h Cor. minuta calyce paulo major, pilis externe sericeo-villosis. W.

98. *pilosellaefolius*, villosus, fol. lanceolatis, pedunculis racemosis paucifloris. Willd. l. c. Lam. enc. p. 528. C. orientalis humifusus *Pilosellaefol.* Tournef. Hab. in Oriente. Rami axillares floriferi. h

99. *Dorycnium*, fol. sublinearibus sericeis, caule fruticoso paniculato, calycibus nudiusculis obtusis. Linn. Habit. in Oriente. h

100. *proliferus*, fol. linearibus subtus sericeis, capitulis terminalibus, inque dichotomis bracteis ovatis extus hirsutissim. Vahl. eclog. 1. p. 18. Habit. in America meridionali. Facies C. Cantabricae. h

101. *lanatus*, fol. lanceolatis linearibus, tomentosus, ramis senescentibus spinosis;

flor. capitatis involucrentis. Vahl. l. c. p. 16. Hab. in Aegypto inferiori et in monte Sinai. h

102. *Histrix*, fruticosus, fol. oblongis flor. sessilibus subsolitariis, ramis spinoscentibus. Vahl. Hab. in Arabia. h

103. *spinosus*, fruticosus, fol. lanceolatis, pedunc. unifloris, ramis floriferis spinosis. Willd. l. c. p. 871. Lin. suppl. 137. C. fruticosus. Pall. it. 2. p. 734. t. M. Hab. in Sibiriae arenosis collibus ad Avium Irin. Rudimenta ramulorum in axillis foliorum rameorum in spinas breves mutantur. Habit. C. Cneori. L. h

104. *scoparius*, fol. linearibus pilosiusculis, pedunc. subtrifloris, calyc. sericeis ovatis acutis, caule fruticoso, ramis virgatis. Ait. Kew. 1. p. 213. Lin. suppl. 135. Habit. in Teneriffa circa oppidum St Cruz. Facies Sparti s. Genistae et non convolvuli. Cor. extus hirsutae albae. Rarsa hujus ligni, quod durum album: striis radiantibus, spargit odorem rosaceum. h

105. *Oenotheroides*, fruticosus erectus, fol. linearibus canescentibus, pedunc. axillaribus solitariis erectis unifloris bracteatis, calycib. lanceolatis glabris. Lin. suppl. 137. Hab. ad Cap. b. spei. Habit. Oenotherae mollissimae. Cor. magna fulva.

106. *floridus*, fol. oblongo - lanceolatis basi attenuatis subpilis, ramis floriferis pedunculisque paniculatis. Ait. Kew. 1. p. 214. C. fruticosus prostratus canus. fol. linearib. lanceolatis glabris, thyrsis terminalibus pyramidalis composito. L. suppl. 136. Jacq. ic. 1. t. 34. Collect. 1. p. 62. Habit. in rupibus Teneriffae. Copia florum omnium pulcherrimus. Lin.

107. *cuneatus*, caule fruticoso erecto, fol. cuneiformibus obtusis mucronatis glabris, corymbis axillaribus fol. brevioribus. Willd. sp. p. 873. Hab. in India orientali. h

108. *corymbosus*, fol. cordatis, pedunc. umbellatis, caule repente. L. Plum. spec. 1. ic. 89. f. 2. Hab. in America.

109. *secundus*, fol. cordatis acuminatis integerrimis, pedunc. secundis longissimis, flor. umbellatis. Flor. Per. 2. p. 10. t. 217. f. a. In Peruv. collibus arenosis.

110. *spithameus*, fol. cordatis pubescentibus, caule recto, pedunc. unifloris. Lin. Hab. in Virginia.

111. *persicus*, fol. ovalibus tomentosus pedunc. unifloris. Amoen. acad. 2. p. 344. Gmel. it. 3. p. 36. t. 7. Hab. in Persia ad maris Caspici littus. h

112. *tricolor*, fol. lanceolato-ovatis glabris, caule declinato, flor. solitariis. Lin. Moris. 2. t. 4. f. 4. Hab. in Africa, Mauritania, Hispania, Italia et Peruvia. Fol. obovata. ☉

113. *acetosaeifolius*, fol. oblongo-lanceolatis subhastatisque, pedunc. elongatis unifloris, caule repente. Vahl. eclog. 1. p. 18. Plum. amer. 91. t. 105. Hab. in Amer. merid. ☿

114. *repens*, fol. sagittatis postice obtusis, caule repente, pedunc. unifloris. L. Michaux 1. p. 137. Cor. alba, colore rosco ad ambitum suffuso. Cal. bibracteatus. M. Hab. in India utraque ad ripas, in arenosis maritimis. Caul. geniculatus. ☿

115. *repens*, fol. hastato-lanceolatis auriculis rotundis, caule filiformi repente, pedunc. unifloris. L. Rumph. 5. t. 155. f. 1. Hab. in India. An a priore diversus?

116. *edulis*, fol. cordatis integris trilobisque glabris, caule repente angulato. Thunb. jap. p. 84. Hab. in Japonia ☿ +

117. *hirtus*, fol. cordatis subhastatisque villosis, caule petiolisque pilosis, pedunc. multifloris. Mill. dict. n. 10. Hab. in India.

118. *Soldanella*, fol. reniformibus, pedunc. unifloris. Moris. 2. t. 3. f. 2. Soldanella maritima minor. Bauh. pin. 295. Hab. in Angliae, Hispaniae, Belgii, Italiae, Frisiae littoribus maris et in Carnioli. ☉

119. *Imperati*, foliis panduriformibus integrive emarginatis basi cordatis, pedunc. unifloris, caule repente. Vahl. symbol. 1. p. 17. C. stoloniferus. Lam. enc. 3. p. 527. Cyrill. pl. rar. fasc. 1. p. 14. t. 5. Moris. 2. t. p. 15. t. 7. Soldanellae congener Imperati. Barr. obs. 33. ic. 256. Hab. ad littora maris Neapoli.

120. *obtusilobus*, glaber, foliis crassis sinuato-lobatis: lobo impari majore emarginato, pedunc. unifloris, cor. brevi campanulata. Michaux. Flor. 1. p. 139. Habit. in Amer. boreal. littoribus.

121. *Pes caprae*, fol. bilobis, pedunculis unifloris. Linn. Herbar. Lugd. B. 174. t. 175. Rumph. 5. t. 159. f. 1. Habit. in India.

122. *Lasianthus*, flor. solitariis, fol. palmato-laciniatissimis tomentosis: lacinia media ampliciore pinnatifida. Cav. ic. 5. p. 53. t. 479. f. 1. Hab. in Regno chilensi.

123. *laciniatus*, flor. solitariis, foliis laciniatis: lacinii capilloribus 2-3-fidis. Cav. l. c. Lam. enc. 3. p. 546. t. 479. f. 2. Cresc. prope Montevideo. Cor. et cal. catus villosi, ut in priore, cui affinis.

124. *platycarpus*, flor. racemosis, fol. pinnatis, caps. compressis. Cav. l. c. p. 55. t. 482. In Mexico. An hujus generis?

125. *venosus*, glaber, fol. digitatis foliolis petiolatis ovato-acuminatis, petiolis basi cirrhosis. Enc. l. c. Hab. in Ins. Mauritii.

126. *brasiliensis*, fol. emarginatis basi biglandulosis, pedunc. trifloris. L. Hab. in Brasilia, Domingo maritimis. ☿

127. *multifidus*, foliis palmatis, foliis septenis linearibus integris, pedunc. unifloris, caule decumbente. Thunb. prodr. 35. Hab. ad Cap. b. spei.

128. *sublobatus*, procumbens, fol. superioribus apice dentato-repandis, floribus capitatis. Lin. suppl. 135. Hab. in India. Involucrum hexaphyllum. Cor. magna. ☉

129. *capensis*, fol. hastatis, lobis semibifidis, pedunc. subbifidis, caule decumbente villosa. Willd. p. 877. caesatus. Th. prod. 35. Hab. ad Cap. b. spei.

130. *sagittatus*, fol. hastatis sagittatisque, pedunc. unifloris, caulibus prostratis. Thunb. prod. 35. Cum priore.

131. *littoralis* foliis oblongis lobato-palmatis, pedunc. unifloris, caule repente. L. Plum. sp. 1. ic. go. f. 2. Habit. in Amer.

132. *martinicensis*, fol. ellipticis, glabris, pedunc. unifloris folio longioribus, caule repente. Jacq. amer. 26. t. 17. Hab. in Martinicae umbrosis, inundatis.

Obs. Plures Convolvuli species ob stigma capitato-didymum ad Ipomoeae relatae sunt, et nonnullae examinandae adhuc restant, numne potius ad idem pertinent genus.

417. **IPOMOEAE.** Cor. infundibuliformis, aut campanulata, 5-plicata. *Stigmata* capitato-globosa, papillosa. *Caps.* 2-3-locularis, polysperma.

1. *Quamoclit*, fol. pinnatifidis linearibus, flor. subsolitariis. Lin. Willd. sp. 2. p. 879. *Quamoclit* s. *Isseminum americanum*. Clus. posth. 9. Rumph. 5. t. 155. f. 2. Hab. in India. Conv. pennatus. Lam. enc. 3. p. 567.

2. *dissecta*, fol. palmatis, lacinii angustatis pinnatifidis dentatis, pedunc. subbifidis. Willd. phytog. 1. p. 5. n. 19. t. 2. f. 3. Hab. in Guayana.

3. *umbellata*, foliis digitatis septenis, pedunc. umbellatis brevissimis. L. suppl. Plum. spec. 3. ic. ga. f. 2. Hab. in Amer.

4. *carolina*, fol. digitatis 7-foliolis petiolatis, pedunc. unifloris. Lin. Catesb. Car. 2. p. 19. t. 19. Hab. in Carolina.

5. *coccinea*, fol. cordatis acuminatis, basi angulatis, pedunc. 2-fidis. L. Comm. rar. 21. t. 11. *β. luteola*, fol. cordatis acuminatis subangulatis, pedunc. primum dichotomis, dein racemosis. Jacq. ic. rar. 1. t. 35. Collect. 2. p. 266. Hab. in Domingo. ☉

*Obs.* An Ip. angulata. Orteg. Dec. p. 83. Flor. Per. 2. p. 11. t. 119. Varietas?

6. *lacunosa*, foliis cordatis acuminatis orbiculatis basi angulatis, pedunc. sub-unifloris flore brevioribus. Lin. Dill. eth. 203. t. 87. f. 102. Hab. in Virginia, Carol. Simillima I. coccinea. Flor. tubo crassiore albi, ore purpurascens. ☉

7. *leucantha*, fol. cordatis acuminatis integerrimis, pedunculis unifloris solitariis folio brevioribus. Willd. p. 881. Jacq. ic. t. 318. Collect. 2. p. 280. Hab. in Amer. torrida. ☉

8. *solanifolia*, fol. cordatis acutis integerrimis, pedunc. unifloris solitariis fol. aequalibus. Willd. l. c. Plum. sp. 3. ic. 94. f. 1. Hab. in Amer.

9. *bona nox*, fol. cordatis acutis integerrimis, caule aculeato, flor. ternis, cor. indivisis. L. Cav. ic. 3. p. 52. t. 300. Sloan. hist. 171. t. 96. f. 1. Hab. in Indiae arenosis, arbores scandens. Cor. tubus lutescens: limbo albo, radiis 5 lutescentibus. ☉

10. *campanulata*, fol. cordatis, pedunc. multifloris, perianthio exteriori orbiculati, cor. campanulatis lobatis. Lin. Rheed. 11. p. 175. t. 56. Hab. in India. Sub erianthio quinquepartito, aliud perianthium minus orbiculatum integerrimum. L.

11. *violacea*, fol. cordatis integerrimis, flor. confertis, cor. indivisis. Lin. Plum. spec. 3. ic. 93. f. 1. Sloan. hist. 1. p. 155. t. 98. f. 1. Hab. in Amer. merid. †

12. *verticillata*, fol. cordatis, pedunc. axillaribus ternis reflexis, calycib. hispidis. Vahl. symb. 3. p. 33. Hab. in Arabia felici.

13. *carnea*, fol. cordatis glabris, pedunc. multifloris, cor. marginatis. Jacq. amer. 26. t. 18. Hab. in America. †

14. *rapanda*, fol. cordatis oblongis repandis, pedunculis ramosis cymosis. Jacq. amer. 28. t. 20. Hab. in America. ☉

15. *filiformis*, fol. oblongo-cordatis obtusis integerrimis mucronatis, pedunculis cymosis. Willd. Murr. syst. veg. 205. Jacq. am. pict. 20. t. 26. Jacq. amer. 27. t. 10. Hab. in Martinicæ sylvaticis. †

16. *diffusa*, caule volubili, fol. cordatis pubescentibus, pedunc. geminis, cor. lobis trifidis. Lin. sub Convolv. Willd. p. 854. Hab. in China. Pistillum album, stigm. a. capitata, purpurea. L.

17. *striata*, fol. cordatis attenuatis glabris, pedunc. fol. longioribus subquadri-floris, cor. glabris extus striatis. Vahl. symb. 3. p. 28. Willd. l. c. sub Convolv. In India. Cor. alba: fundo fusco - purpurascens. Stigma capitatum. V.

18. *parviflora*, fol. cordatis acuminatis glabris, pedunc. multifloris, calycibusque acuminatis villosis. Vahl. l. c. *Ip. paniculata*, caule volubili, fol. ovatis acuminatis, pedunc. paniculatis. Burm. ind. t. 21. f. 3. Hab. in Java.

19. *sibirica*, foliis cordatis acuminatis laevibus, pedunc. incrassatis 1-floris. Lin. sub Convolv. Hab. in Sibiria. Stigma 2-lobum.

20. *speciosa*, fol. cordatis subtus tomentoso-sericeis, pedunc. petiolo longioribus umbelliferis. Ait. Kew. 1. p. 211. Smith. ic. pict. t. 17. sub Conv. *C. nervosus*. Burm. ind. t. 20. f. 1. In India orient. Caul. volub. arboreus. Fol. subtus argentea. †

21. *purpurea*, foliis cordatis indivisis fruct. cernuis, pedicellis incrassatis. Roth. Cat. bot. 1. p. 37. Conv. purpureus. Lin. Ehr. pict. t. 7. f. 2. H. in Amer. Cor. colore variat.

22. *ciliolata*, volubilis glaber, fol. cordatis subciliatis, pedunc. longiusculis 1-floris, cal. laciniis lato-ovalibus obtusis. Michaux, 1. p. 137. sub Conv. Hab. circa urbem Knoxville in Tennessee. Cor. ampla, tubulata - campanulata, alba. Stigmata subglobosa. M.

23. *tricolor*, fol. cordatis acuminatis flor. axillaribus subumbellatis, pedunculo caul. crassiore. Cav. l. c. p. 5. t. 208. Hab. ... Tricolor, crenulata. Cal. violaceo-niger. C.

24. *glandulifera*, caul. volubili hirsuto, fol. cordato-subrotundis acuminatis, pedunc. subquadri-floris incrassatis, calycib. glanduliferis. Flor. Peruv. 2. t. 121. f. 2. in Lima, etc. segetibus. Flor. mane explicantur, hinc ab incolis *Auroras* denominatur haec planta.

25. *tannifolia*, fol. cordatis acuminatis

*pilosus*, flor. aggregatis. Lin. Willd. p. 886. Dill. elth. t. 318. f. 414. Habit. in Carolina.

25. *sagittata*, fol. glaberrimis inferiorib. cordatis, superioribus sagittatis, pedunc. subunifloris. Desf. atl. 1. p. 177. Poir. it. p. 122. Cav. ic. 2. t. 107. Conv. Wehleri. V. sp. p. 845. In Barbaria et Hispania (prope oppidum Castulo) ad lacuum et maris ripas. Sem. lanata. h

27. *hastata*, fol. sagittato-hastatis, pedunc. bifloris. L. Burm. ind. 50. t. 18. f. 2. Hab. in Java. Flor. lutei.

28. *glaucofolia*, foliis sagittatis postice truncatis, pedunc. bifloris. Linn. Dill. elth. t. 87. f. 101. Hab. in Mexicæ arvis.

29. *acutangula*, fol. sagittato-triangularibus, angulis posticis dentatis, caule tereti, pedunc. 3-5-floris fol. longitudine. Fl. Per. 2. p. 11. t. 119. f. b. (1. angulata.) Hab. in Pozuzo. nemoribus. Cor. coccinea. ☉

30. *angustifolia*, fol. hastato-linearibus, pedunc. 1-floris. Jacq. coll. 2. p. 367. ic. rar. t. 317. Vahl. symb. 3. p. 25. In India.

31. *japonica*, fol. lanceolatis hastatis acutis: auriculis postice 1-dentatis, caule simplicis. Vahl. l. c. Thunb. jap. p. 85. W. p. 849. In Japonia juxta Jedo et Nagasaki.

32. *simplex*, fol. lanceolatis integris, floribus solitariis. Thunb. prod. 36. Hab. in Cap. b. spei.

33. *hederacea*, fol. trilobis quinquelobisve cordatis, pedunc. unifloris. calycib. villosis. Willd. 2. p. 884. Jacq. ic. t. 36. Stigm. 3-lobum. Jacq. Habit. in America torrida. ☉

34. *triloba*, fol. trilobis cordatis, pedunculis trifloris L. Hab. in Amer. Cor. cylindricæ, violacæ. ☉

35. *sanguinea*, fol. cordatis trilobis, lobis lateralibus postice angulato-sublobatis, pedunc. trifloris, calycibus glabris. Vahl. symb. 3. p. 33. Hab. in insula St. Crucis. ☉

36. *hederifolia*, fol. trilobis cordatis, pedunc. multifloris racemosis. Lin. Plum. spec. 3. t. 93. f. 2. Hab. in Amer. ☉

37. *hepaticifolia*, fol. trilobis. florib. aggregatis. Lin. Burm. ind. 50. t. 20. f. 2. Fol. superiora 5-loba. Lam. ill. p. 461. Sub Convolv. Hab. in Zeylona.

38. *punctata*, fol. cordatis trilobisque, cor. indivisa, fruct. erectis. Lin. sub Conv. hederacea. Willd. p. 851. C. flore purpureo, cal. punctato. Dill. elth. p. 99. t. 93. f. 96. Hab. in utraque India et Africa. Stigm. 3-lobum. Jacq. ☉

39. *carolina*, fol. cordatis trilobisque villosis, cal. laevibus, caps. hirtis, pedunc. subbifloris. Lin. sub Conv. fol. profunde sublanceolato-3-lobis Michaux. Flor. 1. p. 139. Hab. in Carolinae sepibus. ☉

40. *cuspidata*, fol. cordatis trilobis: lobis cuspidatis, pedunc. 1-floris, cal. laciniis linearibus basi hirsutis. Flor. Peruv. 2. p. 13. t. 119. f. a. Hab. in Peruviae petrosis Petioli longi. ☉

41. *villosa*, fol. cordatis trilobis: lobis acuminatis lateralibus extrorsum excavatis, pedunc. trifloris involucreatis. Fl. Per. 2. p. 12. t. 121. f. 1. In Per. memoribus et ad agrorum margines. Cor. caerulea. Caps. glabra.

42. *macrorrhiza*, fol. cordatis lobatisque plicatis subtus tomentosis, pedunc. subunifloris, rad. crassissima. Michaux. Flor. 1. p. 141. In Georgiae et Floridae maritimis. Cor. magna, alba. Sem. lanuginosa. †

43. *crassifolia*, caule erecto ramoso, fol. reniformibus emarginatis subplicatis, pedunc. axillaribus subtrifloris petiolo brevioribus. Cav. Descr. p. 100. Habit. in Guayaquil.

44. *stans*, caule erecto suffruticoso ramoso, fol. cordatis truncatis sinuato-dentatis. Cav. ic. 3. p. 26. t. 250. Hab. .

45. *Nil*, foliis cordatis trilobis, coroll. semiquinquefidis, pedunc. petiolo brevioribus. Linn. Willd. sp. 2. p. 851. sub Ipomoea. Cur. mag. t. 188. Hab. in Amer.

46. *barbata*, cordatis trilobis, pedunc. subunifloris retortis, cal. barbatis. Roth. Cat. 1. p. 37. Dill. elth. t. 88. f. 98.

47. *variâ*, fol. cordatis lobatisque pedunc. unifloris erectis, cal. laciniis dorso barbatis: 3 exterioribus cordato-lanceolatis. Roth. Cat. p. 17. Convolv. pilosus. Moench. meth. p. 432. Rad. fusiformis. An eadem ac I. hederacea? ☉

48. *tridentata*, fol. oblongis tricuspidatis: basi dilatato-dentatis, pedunc. 1-flor. incrassatis 4-gonis. Roth l. c. p. 19. Conv. tridentatus. Lin. W. Sp. 1. p. 848. Rheede 11. t. 65. In Indiae aridis. Caps. 2-locularis, 4-sperma. Stigm. 2, globos. ☉

49. *pentaphylla*, caule fruticoso filiformi volubili, fol. quinatis glabris, flor. axillaribus, pedunc. solitario. Cav. ic. 3. p. 29. t. 256. Hab. Pedunc. axillares 1-3-flori. Cor. limb. crenulatus.

50. *pilosa*, caule scandente piloso, fol. quinatis pilosis integerrimis. Cav. ic. 4. p. 11. t. 323. Conv. 5-phyllus. Linn. Ipomoea.



Jacq. pl. rar. v. 2. Hab. in Amer. calidiore. Caul. et petioli longi valde pilosi. ☉

51. *muricata*, foliis quinatis linearibus angustis sessilibus, cal. muricatis. Cav. ic. 1. c. f. 2. Hab. in Huanajuato. Caps. 2-locularis.

52. *ternifolia*, fol. ternis linearibus angustis petiolo communi longioribus. Cav. 5. p. 52. t. 478. Hab. in Apuloo vicinias Flor. axillares.

53. *parviflora*, fol. cordatis quinquelobato-palmatis, umb. axillaribus pedunculatis, cal. capsulique pilosis. Vahl. symb. 3. p. 34. Sloan. hist. 1. t. 97. f. 1. Hab. in ins. St. Crucis. Affinis I. trilobae. ☉

54. *heterophylla*, foliis palmatis: lobis lateralibus superne lobulo erectiusculo auctis. Orteg. Dec. plant. p. 9. Habit. in Nova Hispania et in ins. Cuba.

55. *sinuata*, fol. palmato-pedatis septemlobis: lobis lanceolatis inaequaliter sinuatis, pedunc. 1-floris. Ortega Dec. 7. p. 81. Conv. dissectus. Jacq. hort. 2. t. 159. Cresc. cum priore.

56. *Papiria*, fol. palmatis cordatis: lobis quinque lanceolatis, pedunc. 1-floris, radice tuberosa. Flor. Peruv. 2. p. 11. t. 120. f. 2. Hab. in Termase collibus. Radix uti sequentis vi drastica gaudet.

☉ ? *subtriloba*, fol. cordatis subtrilobisque, pedunc. 1-floris, rad. tuberosa. Flor. Per. L. c. Cum priore, Cor. etiam purpurea. ☞

57. *tuberosa*, fol. palmatis, lobis septem lanceolatis acutis integerrimis, pedunc. trifloris. Lin. Plum. am. t. 276. f. 6. Hab. in Jamaica. Cor. sulphurea. ☞

58. *digitata*, fol. palmatis: lobis septem lanceolatis obtusis, pedunc. trifloris. Lin. Plum. Sp. 3. ic. 92. f. 1. In America. Cor. coccinea.

59. *Pes tigridis* (*tigrina*), villosa, fol. palmatis flor. aggregatis. Lin. Herm. Lugd. t. 187. Dill. Elkh. t. 318. f. 411. Hab. in India. ☉

*Obs.* Ipomoeae *bracteata*, hracteis latis venosis carneis plicatis distichis. Cav. ic. 4. p. 51. t. 477. ob corollae limbum integerrimum revolutum, flamm. glabra, stigma simpliciter ovatum distinctum genus effecere videtur. In opere botanico: *Encyclopedie methodique*, vol. 3. p. 534-568. plures sub genere Convolvuli descriptae extant species, quae ob stigma capitato-didymum verae Ipomoeae videntur. Interea duo haec genera characteribus nimis artifi-

ciali, quo affinitas inter quasdam species aliquando dilaceratur, inter se disjunguntur.

418. *DIAPENSIA*. Cal. 5-phyllus imbricatus foliolis tribus. Cor. hypocrateriformis: limbo 5-fido plano. Stam. tubo cor. imposita. Caps. 3-locularis, 3-valvis, polysperma.

1. *lapponica*, floribus pedunc. Linn. Flor. dan. t. 47. Hab. in alpinis lapponicis. Sedi facie, Arecuis affinis. ☞

419. *COBÆA*. Cal. inferus persistens, 5-gonus: angulis basi compresso-alatis. Cor. campanulata. Stam. declinata. *Stigma* 3-fidum. Germ. cinctum corpore glanduloso. Caps. obovata, 3-locularis, recept. 3-gono disticta. Sem. imbricata, marginata.

1. *scandens*. Cav. ic. 1. p. 11. t. 16 et 179. et vol. 5. p. 69. t. 500. *dis.* Habit. prope Mexico et in Acapulco. Caul. longissimus, scandens. Fol. pinnata cirrhosa: pinnulis ovatis. Cor. maxima, violacea. E *Bigoniarum* familia. ☉

420. *MACROSTEMA*. Cal. inferus persistens, semiquinque partitus. Cor. infundibuliformis: lacin. lanceolatis. Stam. longissima exerta, basi nuda. Caps. 4-locularis, 4-valvis: dissepimento valvulis parallelo cruciata. Sem. solitaria.

1. *vitifolia*. Calbo Cav. ic. 5. p. 51. t. 476. in honorem cujusdam medici seculi, 16. *Calbo* sic dicti. Hab. in Amer. septenti. Caul. scandens. Pedunc. axillares multiflori.

*POLEMONIDÆÆ*. Cal. inferus, persistens. Cor. regularis, quinqueloba. Stam. 5, in medio tubi inserta. Caps. 3-locularis, 3-valvis: valvis medio intus septiferis, receptac. centrali 3-gono. Caul. herbaceus aut frutescens. Fol. alterna aut opposita. Vid. Juss. gen. pl.

421. *POLEMONIUM*. Cor. 5-partita, fundo clauso valvis staminiferis. *Stigma* 3-fidum. Caps. 3-locularis, supera.

1. *caeruleum*, fol. pinnatis (17), florib.

erectis, calycib. cor. tubo longiorib. Lin. Flor. dan. 255. Willd. Sp. 2. p. 886. *β. alba*, flor. albis. In Europa et Asia.  $\mathcal{T}$

2. *reptans*, rad. repente, fol. pinnatis septenis, florib. terminalibus nutantibus. Lin. Lam. ill. t. 106. f. 2. Mill. dict. t. 209. Hab. in Virginie montibus.  $\mathcal{T}$

3? *dubium*, fol. inferioribus hastatis, superioribus lanceoatis. Linn. Habit. in Virginia. Stylus semibifidus.  $\dagger$

4? *Rochloides*, erectum, caule filiformi, fol. lanceolatis ciliatis, panic. pauciflora pedunc. nuda. Linn. suppl. p. 139. Hab. in Cap. b. speci.  $\dagger$

5. *Campanuloides*, erectum glabrum, fol. lineari-lanceolatis integris erectis, flor. terminalibus solitariis. Linn. suppl. 139. Hab. in Cap. b. speci. An potius Campanula?

Obs. Ambae hae posteriores species germinae infero a Polemonis recedunt. Lam. ill. p. 472; hinc hujus generis non sunt.

422. PHLOX. Cor. hypocrateriformis. *Filam.* inaequalia. *Stigma* 3-fidum *Cal.* prismaticus. *Caps.* 3-locularis, 1-sperma.

1. *paniculata*, caule alio laevi, foliis lanceolatis margine scabris, corymbis paniculatis, cor. laciniis rotundatis. Ait. Kew. t. p. 205. Willd. Sp. 2. p. 839. Dill. elth. 205. t. 166. f. 203. Fol. undulosa. Cal. aristati. Michaux. Hab. cum omnibus fere speciebus in Amer. septent.  $\mathcal{T}$

2. *undulata*, fl. oblongo-lanceolatis subundulatis margine scabris, caule laevi, corymbis paniculatis, cor. laciniis subretusis. Ait. Kew. t. p. 205. Hab. in America boreali.  $\mathcal{T}$

3. *triflora*, caul. erectis subpubescentibus, fol. lanceolatis glabris, corymborum rotis trifloris, cal. dentibus linearibus. Michaux Flor. t. p. 143. Hab. in Carolina superiore. Humilis.

4. *latifolia*, caule erecto laevi, foliis subcorolato-ovalibus, flor. fasti. lato-corymbosis. Michaux. In Carolinae sylvis sphaenosis. Cor. majusculae lacinae suborbiculatae.

5. *aristata*, caule debili pubescente, panic. e racemis laxis et subgeminis floribus fastigiat, aristis calycin. longissimis. Mich. p. 144. Var. corol. roseo-purpureo.  $\mathcal{T}$  et cor. albedo-rosea. Hab. in Carolina ad ripas amnis Santae, et  $\beta$ . circa Knoxville.

6. *suaveolens*, (*candida*), fol. ovato-lanceolatis undique laevibus, caule glaberrimo, racemo paniculato. Ait. Kew. t. p. 206. Hab. in America boreali. Flores albi leviter suaveolentes. Ait.  $\mathcal{T}$

Obs. Var. sequentis secundum Michaux. Flor. t. p. 143.

7. *maculata*, fol. oblongo-lanceolatis glabris, caule maculato scabriusculo, racemo corymboso. Ait. Jacq. hort. t. 127. Hab. in Virginia.  $\mathcal{T}$

8. *pilosa*, fol. lanceolatis villosis, caule erecto, corymbo terminali. Hab. in Virginia.  $\mathcal{T}$

9. *carolina*, fol. lanceolatis laevibus, caule scabro, corymbis subfastigiatis. Lén. Mart. cent. 10. t. 10. Hab. in Carolina.  $\mathcal{T}$

10. *glaberrima*, fol. lineari-lanceolatis glabris, caule erecto, corymbo terminali. Lin. Hab. in Virginia.  $\mathcal{T}$

11. *divaricata*, fol. lato-lanceolatis superioribus alternis, caule bifido, pedunc. geminis. Lin. Mill. dict. n.º 4. et ic. f. 2. Hab. in Virginia.  $\mathcal{T}$

12. *ovata*, fol. ovatis, florib. solitariis. Pluck. mart. 122. t. 348. f. 4. In Virginia.  $\mathcal{T}$

13. *reptans*, pubescens, caul. fertilibus erectis simplicibus, fol. radicalibus obovatis, caulinis ovali-lanceolatis, corymbo paucifloro. Michaux p. 145. Cresc. in excelcis montibus Carol. occidentalis. Habitu quodammodo Bellidis. Corolla maxima caerulea.

14. *linearis*, fol. alternis linearibus, flor. terminalibus confertis. Cav. ic. 6. p. 17. t. 527. In urbis chilensis Talchano vicinis. Fol. mollia subvillosa.  $\odot$ ?

15. *biflora*, pubescens, fol. lineari-lanceolatis: inferioribus oppositis, pedunc. axillaribus geminis. Flor. Per. 2. p. 17. In R. chilensis arenosis. Pedalis.  $\odot$

16. *subulata*, fol. subulatis hirsutis, flor. oppositis. Lin. Pluck. alm. 233. t. 98. f. 2. Hab. in Virginia. Cor. lobi emarginati.

17. *sibirica*, fol. linearib. villosis, pedunc. ternis. Lin. Gmel. sib. 4. p. 87. t. 46. f. 2. H. in Asia boreali. Lobi cor. rotundati.  $\mathcal{T}$

18. *setacea*, fol. setaceis glabris, flor. solitariis. Lin. Pluck. alm. t. 98. f. 2. Hab. in Virginia.

19? *pinnata*, fol. pinnatis: pinnulis linearibus angustissimis, florib. axillaribus. Cav. l. c. t. 528. Habit. in Montevideo et in N. Hispania.  $\mathcal{H}$

423. **CANTUA**. *Cal.* 1-phyllus tubulosus. *Cor.* infundibulif. 5-partita: laciniis obcordatis s. emarginatis. *Germ.* corpori glanduloso insidens. *Stigm.* 3-partitum. *Caps.* subtrigona, 3-locularis, trivalvis. *Sem.* imbricata, margine membranaceo cincta.

1. *uniflora*, fol. glabris ovatis integris (nonnullis quadrifido-dentatis), florib. solitariis. Pegiphragmos uniflorus. Fl. Per. 2. p. 18. Cantua ovata. Cav. ic. 4. p. 43. t. 363. Hab. in Peruviae septibus.

*Obs.* Nomen vernaculum *Cantu*, unde nomen genericum ortum. Auctores Flor. Per. et Chilensis hoc genus Periphragmos denominant.

2. *dependens*, fol. obovatis acuminatis, aveniis: ramis pendulis. Flor. Per. 2. l. c. t. 133. Cresc. in Peruviae versuris.

3. *busifolia*, fol. ovato-lanceolatis subsessilibus inferne pubescentibus, flore tubuloso, stam. inclusis. Lam. ill. gen. t. 106. f. 2 Hab. in Peru. †

4. *tomentosa*, fol. sublanceolatis sessilibus utrinque tomentosis, stam. corollae subaequalibus. Cav. ic. 6. p. 43. t. 364. In Peru. Rami tomentosi. †

5. *flexuosa*, fol. lanceolatis acuminatis, flor. corymbosis. Flor. Per. 2. p. 17. t. 131. In Peruviae versuris. Fol. masticata colore luteo salivam imbuunt. C. pyriformia Lam. ? †

6. *foetida*, fol. lanceolatis glabris, pedunc. subtrifloris. Flor. Peruv. l. c. t. 132. Cresc. in umbrosis et rudertis. Fol. amara et acidula, et, nisi lignum, colorem luteum praebent. †

424. **HOITZIA**. *Cal.* duplex: interior 1-phyllus, tubulosus; exterior polyphyllus: foliolis 4-8 polymorphis serratis (Bractea?) *Cor.* infundibuliformis: laciniis ovatis. *Stigma*, caps. et semina uti in Cantua.

1. *coccinea*, caule fruticoso, fol. sessilib. ovato-acutis pubescentib. Cav. ic. 6. p. 44. t. 365. H. mexicana. L. ill. Cantua Hoitzia. Willd. Sp. p. 878. Habit. passim in regno Mexicano, copiose prope Guanajuato. †

2. *caerulea*, caule suffruticoso, foliis subsessilibus linearibus spinosis: Cav. l. c. t. 366. Cum priore. *Cal.* exterior transgrediens. †

3. *glandulosa*, caule suffruticoso aspero, fol. ovato-lanceolatis petiolatis: ramis sublinearibus. Cav. l. c. p. 45. t. 367. Hab. inter Actopam et Salvatierra, oppida Mexicana. Caul. villosus: villis glanduliferis. C.

*Obs.* Praeter calyc. duplicem, folia hujus generis serrata et petala non emarginata sunt. Nomen vernaculum *Huitzitsiltain*, ex quo nomen Hoitzia Jusseii.

425. **GILIA**. *Cor.* infundibuliformis. *Filam.* aequalis, incisuris cor. inserta prominula. *Stigmata* 3. *Caps.* 3-locularis, polysperma. *Sem.* nuda, nec marginata.

1. *laciniata*, fol. laciniato-pinnatifidis florib. capitatis. Fl. Per. 2. p. 17. t. 123. f. 6 Hab. in Peruviae collibus arenosis.

2. *coronopifolia*, fol. lineari-pinnatifidis, seminib. cubicis. Willd. Sp. p. 879. sublanita. Ipomopsis elegans. Michaux Flor. 1. p. 141. Ipomoea rubra. Lin. Hab. in Carolina.

426. **BONPLANDIA**. *Cal.* liber, tubulosus 5-dentatus. *Cor.* subbilabiata, 5-partita: lacin. emarginatis. *Stam.* declinata. *Stigma* trifidum. *Caps.* ovato-trigona, 3-locularis, 3-sperma. *Sem.* elliptica.

1. *geminiflora*, caule herbaceo, foliis alternis lanceolatis serratis, flor. axillarib. geminis. Cav. ic. 6. p. 21. t. 53. Hab. in Nova Hispania. *Cor.* violaceo rubra. *Stam.* filiformia. ☉

427. **NAVARETTIA**. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* 2-fidum. *Caps.* membranacea, 1-locularis, bivalvis.

1. *involuta*, fol. pinnato-multifidis. Flor. Per. 2. p. 8 Hab. in Chile umbrosis et stagnosis ☉

**CAMPANULACEAE** (gen. 428-435) distinguuntur calyce superno aut seminifero, corol. regulari campanulata aut rotata, uno latere fissa subbilabiata: limbo 5-fido. Stamina numero sunt varia: 4-10, basi saepe dilatata germen cingentia, antheris distinctis aut connatis. Fructus inferus est aut bacca, aut drupe, aut capsula, haec 2-3-5-6-locularis. Caeterum sunt

autherbae aut passim frutices lactescen-  
tes. (Hic enumerantur genera pentandra  
monogyna, staminibus liberis.)

428. *CAMPANULA*. *Cor.* campanu-  
lata, fundo clauso valvis stami-  
niferis. *Stigma* 3-5-fidum. *Caps.*  
infera, poris lateralibus dehiscens.

\* *Foliis laevioribus.*

1. *cenisia*, minuta, caul. unifloris, fol.  
ovatis glabris integerrimis subciliatis. Linn.  
Allion. ped. n. 95. t. 9 f. 2. Willd. Sp. 2.  
p. 890. Hab. in alpinis Helveticis inque  
Cenisii alpinis. Radix repens, alternatim emit-  
tens ramos terminatos fol. radicalibus. Caul.  
pollicarum.

2. *uniflora*, caule unifloro, calyce cor.  
aequante. Fl. lapp. 85. t. 9 f. 5. 6. Hab. in  
alpinis Laponicis. ¶

3. *Bellardi*, caule nudo unifloro, foliis  
petiolatis elliptico-lanceolatis dentatis. Al-  
lion. pedem. n. 396. t. 85. f. 5. Hab. in  
alpinis Italiae. ¶

4. *pulla*, caule unifloro, foliis caulinis  
ovatis crenatis, cal. cernuis. Jacq. Fl. austr.  
3. t. 285. Hab. in Austriae et Styriae al-  
pinibus. ¶

5. *Zoysii*, caule subtrifloro, cor. ovato-  
campanulatis, fol. integerrimis: radicalib.  
ellipticis petiolatis, caulinis sessilibus ob-  
longis obtusis. Will. Jacq. ic. 2. t. 334 Coll.  
2. p. 122. Hab. in alpinis Carnioliae. ¶

6. *glauca*, fol. sessilibus ovatis serratis  
subtus glaucis, caule angulato paniculato,  
pedunc. unifloris. Thunb. jap. 88. Hab. in  
Japonia. ¶

7. *grandiflora*, fol. ternis oblongis serr-  
ratis, caule unifloro, flore patulo. Linn.  
suppl. 140. Jacq. hort. 3 p. 4. t. 3. C. gen-  
tianoides, flor. turbinatis patulis, stigmate  
quinquefido. Lam. encyc. 1. p. 54. Hab. in  
Sibiria, Tartaria. Caul. tener. ¶

8. *tetraphylla*, fol. quaternis oblongis  
serratis. Thunb. jap. 87. Habitus in Japonia.  
Flor. in ramis racemosi cernui.

9. *triphylla*, fol. ternis linearibus, flor.  
verticillato-ternis. Thunb. jap. 87. Hab. in  
Japonia. Radix fusiformis. ¶

10. *verticillata*, fol. floribusque verti-  
cillatis. Lin. suppl. p. 141. Pall. it. 3. p. 719.  
t. G. f. 1. Hab. in Davuria. ¶

11. *hederacea*, glabra, foliis cordatis  
quinquelobis petiolatis, caul. laxo. Lin. Flor.  
dan. t. 330. Engl. bot. t. 73. Hab. in An-

gliae, Galliae, Hispaniae et Daniae um-  
brosis, humidis. Caps. hemisphaerica.

12. *cochlearifolia*, caulib. simplicibus  
unifloris, fol. radicalibus cordato-subro-  
tundis crenatis longissime petiolatis, caul.  
subpatulis, flor. cernuis. Lam. enc. 3. p.  
578. W. p. 914. C. *fragilis*. Cyrilli. Berol.  
ic. 454. Hab. in Alpibus et Italiae montosis.  
Petioli apice subdilatati.

13. *rotundifolia*, (decipiens) ramosis-  
sima diffusa, fol. radicalibus (cito pereun-  
tibus) subrotundis profunde crenatis, cau-  
linis conferis angusto-linearibus. Flor.  
dan. t. 855. Curt. Lond. ic. Cresc. frequens  
in muris, ad saxa, in versuris agrorum.

β. *reniformis*, major, fol. radicalibus  
pluribus reniformibus persistentibus, caul.  
sparsis oblongo-lanceolatis in petiolum de-  
currentibus. C. *rotundifolia*. β. Lam. enc.  
1. p. 578. H. in monte Cantal in Auvergne.

γ. *caespitosa*, ascendens late caespitosa,  
fol. omnibus acute serratis, inferioribus  
pluribus ovato-acuminatis, caulinis  
linearibus subsparis. C. *caespitosa*. Scop.  
Lam. C. *pusilla*. Haenke in Jacq. Coll. 2.  
p. 79. Hab. frequens in Europa australi et  
subalpinis ad saxa, truncos putrescentes.

δ. *tenuifolia*, fol. radicalibus oblongis,  
caul. linearib. caul. elongato gracilib. Hoffm.  
Fl. germ. p. 100. In pratibus, arvis.

14. *linifolia*, pubescens, fol. radicalib.  
obovato-subrotundis, caulinis linearib. lan-  
ceolatis subdentatis, caule subunifloro. W.  
p. 83. Jacq. Coll. 2. p. 81. C. uniflora, fol.  
integerrimis hirsutis subrotundis lanceolatis  
et linearibus, caule unifloro. Vill. Delph. 2.  
p. 500. t. 10. β? C. Scheuchzeri, fol. subfal-  
catis lanceolato-linearibus, flore (unico)  
pendulo. Vill. 2. p. 503. t. 16. H. in pratibus  
subalpinis et montosis Europae.

15. *flexuosa*, glabra, caule erecto flexuo-  
so, ramulis confertis foliosis, fol. lanceo-  
latis subremote serratis, flor. (parvulis)  
breviter paniculatis nutantibus. Michaux,  
Flor. 1. p. 109. Hab. in montibus altis Ca-  
rolinae. Subpedalis.

16. *divaricata*, subnitens erecta, foliis  
membranaceis remote serratis, panicula  
ramulis subaphyllis divaricatis, flor. (par-  
vulis) nutantibus. Mich. l. c. Cnm priore.

17. *filiformis*, caps. bilocularibus apice  
dehiscentibus, fol. linearibus, inferioribus  
denticulatis, florib. terminalibus ternatis.  
Flor. Per. 2. p. 55. t. 200. f. 5. Hab. in ari-  
dis Concept. Chile. Fol. distantia.

18. *gracilis*, fol. linearib. lanceolatis ob-

solete serratis, caule dichotomo, pedunc. terminalibus elongatis 1-floris. Forst. prod. n. 87. C. vincaeflora. Jardin de Malmaison. ic. Hab. in N. Zealandia.

19. *pubescens*, caule hirsuto, fol. glabris: radicalibus cordatis; caulinis oblongis dentatis petiolatis. Willd. p. 894. Schm. bohém. n. 167. Habit. in rupibus sylvae Bohemicae. Facies fere C. rotundifoliae. Y. Willd. ¶

20. *Linarioides*, caul. virgatis, apice ramoso-paniculatis, fol. linearibus sparsis exiguis, flor. erectis terminalibus. Lam. enc. 1. p. 573. Hab. in Bonaria in Monte Video. Facies Aurrhini Linariae. Lin.

21. *carpathica*, foliis omnibus cordatis serratis petiolatis glabris, ramis filiformib. unifloris. Ait. Kew. 1. p. 219. Jacq. hort 1. p. 22. t. 57. Hab. in montib. Carpathicis. ¶

22. *Lobelioides*, caul. teretibus strictis glabris, fol. lineari-lanceolatis denticulatis, cor. infundibuliformibus trifidis quadrifidisque. Ait. Kew. 1. p. 219. Hab. in locis latebrosis Maderae. Cor. minutissimae albo-purpurascens. ©

*Obs.* Var. cal. tripartito et quinquepartito, corol. limbo tripartito et quinquepartito, etiam stam. 3-5. Lin.

23. *porosa*, fol. radicalibus obovatis, caulinis lanceolatis, caule punctato-sabro, flor. racemosis. Thunb. prod. p. 39. C. fol. lanceolatis laevibus, caule erecto sursum punctis porosis. Lin. suppl. 142. Hab. in Cap. b. spei.

24. *undulata*, fol. lanceolatis undulatis glabris, floribus racemosis, caule calycibusque glabris. Thunb. prod. 39. Hab. ad Cap. b. spei.

25. *linearis*, herbae erecta, fol. linearibus integris glabris, flor. cernuis, caps. hispida. Lin. suppl. 140. Hab. ad Cap. b. spei.

26. *sessiliflora*, prostrata, fol. linearibus integris, flor. axillaribus solitariis sessilibus. Lin. suppl. 139. Cum priore.

27. *patula*, foliis strictis: radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula patula, cal. denticulato. Smith brit. 1. p. 235. Engl. bot. t. 42. Flor. dan. t. 373. β. C. decurrens, fol. caulinis lanceolatis serratis decurrentibus. Lin. Fl. suec. 1. n.º 178. Hab. in sylvis, arvis, pascuis, ad sepes. Fol. lactescentia, amara, subrenata. Fl. terni. ♂

28. *Rapunculus*, radice fusiformi, fol. undulatis pilosis, radicalibus lanceolato-

ovalibus, panicula coarctata. Linn. Engl. bot. t. 283. Rapunculus esculentus. Bauh. pin. 99. In sylvaticis, graminosis, arvis. Caul. multangulus, strictus, basi hirsutus. Cor. subparva. ♂

29. *alata*, caule simplici, foliis glabris lato-lanceolatis decurrentibus, flor. sessilib. terminalibus. Desf. atl. 1. p. 178. t. 50. Hab. in Atlante prope Macane. Fol. profunde serrata.

30. *unidentata*, erecta glabra, fol. lanceolatis acutis utrimque unidentatis, panicula divaricata foliosa. Lin. suppl. 139. Hab. in Cap. b. spei. Caul. simplicissimi.

31. *fasciculata*, fruticosa erecta, fol. ovatis subunidentatis recurvis, flor. glomeratis terminalibus. Lin. suppl. 139. Thunb. prod. 39. Cum priore. ♀

32. *persicifolia*, glabra, fol. radicalibus obovatis: caulinis lanceolato-linearibus subserratis sessilibus remo is. Linn. Bull. t. 367. β. Rap. nemorosus angustifolius, magno flore. Bauh. pin. 93. Hab. in asperis, sylvatis. is. ¶

33. *pyramidalis*, foliis laevibus serratis cordatis: caulinis lanceolatis, caul. junceis simplicibus, umbellis sessilibus late-ralibus. Lin. Pyramidalis laevis. J. Bauh. hist. p. 808. Hab. circa Idrium et in Carnioli. Caul. ab imo ad apicem ramulos florigeros profert.

34. *americana*, fol. cordatis lanceolatisque, petiolis inferioribus ciliatis, flor. secundis, corol. quinquepartitis planis. Lin. Ait. Kew. 1. p. 220. C. planiflora. Lam? Hab. in Pennsylvania. Stylus corolla longior. ©

35. *nitida*, fol. oblongis crenatis laevigatis, caulinis lanceolatis subintegris, cor. campanulato-rotatis. Ait. Kew. 1. p. 221. Dodart. mem. 4. p. 119. t. 118. Habit. in America boreali. ¶

36. *lilifolia*, fol. lanceolatis: caulinis acute serratis, flor. paniculatis nutantibus. Lin. Gmel. sib. 3. t. 26. Hab. in Siberia, Tartaria. ¶

37. *stylosa*, fol. petiolatis subcordatis acute serratis, flor. (parvis) nutantibus, stylo longe exerto. Lam. enc. 1. p. 580. Gmel. sib. 3. t. 27. In Siberia et Tartaria. Diversa a priore?

β? *peripticifolia*, fol. cordatis serratis longe petiolatis, caul. adscendentibus multifloris. Lam. l. c. Cresc. cum priore, cujus varietas?

38. *limonifolia*, ramis patentibus simplicibus, fol. radicalibus ellipticis laevibus integerrimis, caulinis linearibus subulatis, flor. sessilibus ternis. Lin. Willd. 2. p. 914. Hab. in Oriente. ☉

39. *virgata*, ramis virgatis, fol. lanceolatis utrinque acutis dentatis scabrusculis, cor. profunde partitis, flor. subspicatis sessilibus. Billard. pl. Syriae. 2. p. 11. t. 6. Phytosma virgata. Willd. Sp. 2. p. 944. Hab. in Libano. ☿

40. *acuminata*, glabriuscula, caule stricto, fol. ovato-lanceolatis in longum acumen desinentibus subserratis, spica fasciculato-multiflora, cor. subulatis. Mich. Fl. 1. p. 108. Dojart mem. 4. p. 119. t. 18. In remotis occidentalis, Pensylv. et Virgin.

41. *ensifolia*, fruticosa, fol. ensiformibus serratis glabris, florib. paniculatis nutantibus. Lam. enc. 1. p. 575. Hab. in monte ignivomo insulae Borboniae. E medio rosulae foliorum assurgit caulis paniculatus sexuncialis fol. sessilibus distantibus minoribus instructus. Lin. h

42. *rhomboides*, fol. rhomboidibus serratis, caulinis ovatis serratis, spica secunda, calyc. dentatis. Hab. in alpinis. ☿

43. *Alpini*, foliis lanceolatis serratis, inferioribus petiolatis, summis sessilibus, flor. nutantibus, stylo exerto. Lam. enc. 1. p. 681. Lin. Sp. 2. p. 1669. Hab. in umbrosis, humidis Italiae prope Bassano.

44. *crispa*, fol. laevibus petiolatis subcordatis duplicato-serratis incisus, caule simplici, flor. lateralibus et terminalibus patulis. Lam. 1. c. Tournef. Cor. 3. Hab. in Armenia.

\*\* *Foliis scabris.*

tuncque bivalentes: in paucioribus vero, baccatus seu drupaceus, 2-locularis; posterioris Nuce simplicis s. gemina. *Recept.* in Folliculo 1-valvi ad auturam, qua dehiscente saepius fit liberum, positum, in 2-valvi ad alterum marginem: in aliis ex arietorum habet. *Sem.* plura, propendentia s. retrorsam imbricata; modo coma basilari ascendente quasi papposa; modo membranaceolata, seu etiam nuda; in Bacca Drupaeque interdum paucissima, rarissime etiam solitaria. *Embryo* Albumine carnoso inclusus, directione Seminia, rectus: Cotyledonibus Radicula cylindrica latioribus, plano-appressis. Rich. - A Linnaeo nonnulla genera rubiacea ex gr. *Gardenia*, *Genipa* perperam ad hanc familiam sunt relata. Quaedam in prima divisione secundum Jusieu collocata genera Apocynaeis tantummodo affinia sunt, hinc ab aliquibus ab haec familia separantur.

† *Fructus baccatus aut drupaceus.*

599. **STRYCHNOS.** Cor. tubulosa, 5-fida. *Bacca* 1-locularis, cortice lignoso.

1. *Nux vomica*, fol. ovatis, caule inserti. Lin. Fl. zeyl. gr. Willd. Spec. 2. p. 1052. Roxb. corom. 1. p. 8. t. 4. Blackw. t. 395. Hab. in Ind. Bac. polysperma. ¶

2. *colubrina*, fol. ovatis acutis, cirrhis simplicibus. Linn. Rheed. mal. 7. p. 10. t. 5. Blackw. t. 403. Rumph. 2. t. 37. Hab. in Ind. ¶

3. *potatorum*, fol. oppositis ovatis, acut. quintuplinerviis venosis, cymis axillarib. Willd. Roxb. 1. p. 9. t. 5? St. Tetankotta. Retz. obs. 2. p. 12. Hab. in montosis ad Madras. Corol. fauce villis albis clausa. Bacca magnitudine Cerasi monosperma. For. albisimi aromatici. ¶

*Obs.* Planta a Clar. Roxburg descripta forte nova species est, ob fol. simpliciter venosa. Willd.

4. *brachiata*; fol. oppositis ovatis oblongisque acuminatis 5-nerviis, caul. brachiato tereti, flor. corymbosia. Flor. Peru. 2. p. 30. t. 157. Hab. in Peruv. nemorib. imis. Rami longissimi, penduli, granulosi. Pedunc. axillares. Cor. extus hirsuta. ¶

600. **IGNATIA.** Cal. 5-dentata. Cor. longissima, infundibuliformis. *Drupa* unilocularis, poly-

*sperma*, *Sem.* irregularia, angulata.

1. *amará*. Lin. suppl. 149. Willd. p. 1053. vid. Juss. gen. pl. Hab. in Ind. Arb. ramosissima, sarmentis scandentibus. Fol. ovata spithamea. Panic. axillares. Fruct. ovatus, magnitudine Pyri. Lin. h

601. THEOPHRASTA. *Cor.* campanulata: laciniis obtusis. *Caps.* pulposa, 1-locularis, globosa, maxima, polysperma.

1. *americana*, fol. longissimis repandodentatis acutiusculis. Lin. Willd. Spec. 2. p. 224. Eresia. Plum. gen. 8. ic. 126. Hab. in Amer. equinoctiali. Fruct. pomi medioeris magnitudine, crocens, rugosus, sem. rubra carnosa continens. Pulpa edulis. h

2. *longifolia*, fol. mucronato-dentatis acuminatis. Willd. Jacq. Coll. 4. p. 156. Ad Caracas in America. Fol. utrinque attenuata.

602. ANASSERA. *Cal.* parvus, 5-fidus. *Cor.* urceolata, 5-loba, intus villosa. *Stigma* didymum. *Caps.* oblonga, 2-valvis, 2-locularis.

1. *borbonica*, fol. ovatis obtusiusculis, corymbis lateralibus. Anasser. Lam. ill. 2. p. 40. Juss. gen. pl. p. 150. Hab. in Borbonia.

2. *moluccana*, fol. lanceolatis acutis, corymbis subterminalibus. Lam. l. c. Rumph. 7. p. 12. t. 7. Hab. in Molluccis.

603. FAGRÆA. Contorta. *Cal.* campanulatus 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis et tubo longissimo. *Bacca* carnosa, 2-locularis, polysperma. *Sem.* globosa.

1. *seylanica*. Thunb. N. G. pl. et in Act. Holm. 1782. p. 125. t. 4. Lam. ill. t. 167. Willd. Sp. 2. p. 830. Fol. opposita obovata, integra, stipulacea? An Rubiacis affinis? h

604. MELODINUS. Contorta. *Cor.* hypocrateriformis: fauce coronula 5-fida lacera. *Stigma* 2. *Bacca* carnosa, 2-locularis, po-

*lyesperma*, magna. *Sem.* compressa.

1. *scandens*. Lin. suppl. p. 169. Willd. p. 1274. Lam. ill. t. 179. Hab. in N. Caledonia. Fol. oblongo-ovata. Planta revera digyna? h

605. RAUWOLFIA. Contorta. *Cor.* tubulosa, basi globosa. *Bacca* succulenta, disperma.

1. *nitida*, fol. quaternis lanceolatis acuminatis glaberrimis nitidis, flor. terminalibus. Willd. Sp. 2. p. 1217. Jacq. amer. dict. n<sup>o</sup>. 2. Plum. gen. p. 19. ic. 236. f. 1. Hab. in Amer. merid. h

2. *canescens*, fol. quaternis oblongo-ovatis acuminatis pubescentibus, flor. terminalibus axillaribusque. Willd. R. hirsuta. Jacq. amer. ed. pict. t. 259. f. 17. Plum. ic. 263. f. 2. Pluck. phyt. 266. f. 2. Hab. in Jamaica, et in fruticetis Caribserum. Cymae pedunculatae in dichotomia caulis. Willd. h

3. *tomentosa*, fol. quaternis oblongis utrinque attenuatis tomentosis, flor. terminalibus et axillaribus. Jacq. amer. ed. pict. t. 46. Hab. Carthagenae in Rupestribus. *Cor.* candida. Limbus *cor.* in R. pubescente obtusus, in R. tomentosa acutus. Willd.

4. *flexuosa*, fol. oblongis obovatisque angustis, racem. flexuosis paucifloris. Flor. Per. 2. p. 26. t. 102. Hab. in Peruv. frutic. Flor. in culta saepe 4-andri. *Cor.* albolutea: l. c. 7.

5. *macrophylla*, fol. obovatis ovatisque emarginatis integerrimisque, racem. erectis multifloris. Flor. Per. l. c. t. 102. f. b. Hab. in Peruv. collibus arenosis. *Cor.* lucescens. Stam. saepe 4.

606. VALLESIA. *Cal.* minimus. *Cor.* hypocrateriformis, utrinque globosa. *Stam.* fauci inserta. *Drupa* 2, divergentes. *Nux* striato-reticulata, 1-locularis.

1. *dichotoma*, fol. ovatis acutis undulatis, racemis dichotomis. Flor. Peruv. 2. p. 26. t. 151. Cresc. in rudertis in Peruvia. h

2. *cymbaefolia*, fol. lanceolatis cymbaeformibus apice incurvis. Orteg. Dec. p. 58. Rauwolfia glabra. Cav. ic. 3. p. 50. t. 297. Willd. p. 1218. Hab. in N. Hispan. *Cor.* alba.

607. **OPHIOXYLON.** *Cor.* tubulosa filiformis, medio incrassata: limbo 5-partito. *Stigma* capitatum. *Bacca* didyma, 2-locularis, 2-sperma. Planta polygama. Flor. masculi, hermaphroditis mixti, 2-andri. *Juss.*

1. *serpentinum*, fol. verticillatis, flor. terminalibus conglomeratis. *Linn. syst. ed. Reich. 4. p. 329. Rumph. 7. t. 16. Rheed. 6. t. 7. Lam. ill. t. 842. f. 3. Habit. in Zeylona. h*

2. *Ochrosia*, fol. verticillatis, florib. dichotome corymbos. *Ochrosia. Juss. gen. pl. Hab. in ins. Borbonia. Priorem speciem ita adaequat habitu, ut vix genere mihi distingui videatur. h*

608. **CARISSA.** *Cal.* brevis. *Cor.* tubulosa. *Stam.* inclusa. *Bacca*, 2-locularis: loculis 1-2-aut polyspermis.

\* *Spinosae.*

1. *Carandas*, foliis ovatis mucronatis reticulato-venosis, laciniis corollae lanceolatis. *Willd. Sp. 2. p. 1219. Lam. ill. t. 118. f. 1. Carandas. Rumph. p. 7. t. 25. Hab. in Ind. h*

2. *spinarum*, fol. ovatis acutis venosis, laciniis cor. lanceolato-oblongis. *Vahl. symbol. 1. p. 22. Lam. ill. t. 118. f. 2. Rumph. 7. t. 19. f. 1. Habit. in India orientali. h*

3. *salicina*, fol. lanceolato-oblongis mucronatis venosis, versus petiolum angustioribus, florib. fasciculatis subcorymbosis. *Lam. enc. bot. 1. p. 554. Hab. in India. Sonner. An prioris var? sed fol. multo angustiora et flor. ad dimidium minores. Lam. h*

4. *Arduina*, fol. cordato-ovatis mucronatis subsessilibus, spinis apice bifidis. *Lam. l. c. p. 554. Arduina hispida. L. Willd. Sp. 2. p. 1117. Mill. ic. t. 300. Flor. albi. Baccae disperma. Habit. ad Cap. bon. sp. ei. h*

5. *edulis*, fol. ovatis acutis aveniis, ramis superne villosis, laciniis cor. lanceolato-linearibus. *Vahl. symb. 1. p. 22. Antura. Forsk. descr. 63. Hab. in Arabia felici. h*

\*\* *Inermis.*

6. *inermis*, inermis, fol. ovato-cordatis mucronatis aveniis. *Vahl. symb. 3. p. 43. Hab. in Ind. orient. h*

7. *inermis*, inermis, fol. lanceolatis attenuatis. *Vahl. symb. 3. p. 44. t. 59. Hab. in Ind. orient. h*

609. **GYNOPOGON.** *Contorta.* *Stigma* bilabiatum, apice villosum. *Drupa* nuce semibiloculari.

1. *stellatum*, fol. verticillatis ternis lanceolatis. *Forst. prod. n. 117. Willd. Sp. 2. p. 1221. Hab. in Societatis Americorum insulis. h*

2. *Alyxia*, fol. verticillatis quinis obovatis. *Forst. prod. n. 118. Hab. in Norfolciae insula. h*

3. *scandens*, fol. oppositis ovatis costatis. *Forst. prod. n. 119. Hab. in Societatis insulis. h*

610. **CERBERA.** *Contorta.* *Cor.* infundibuliformis: tubo clavato. *Drupa* monosperma: nuce 2-loculari, 4-valvi.

1. *Ahovei*, fol. ovatis acutis. *Willd. Sp. 2. p. 1222. C. laciniis cor. undulatis, cal. foliolis reflexis. Andrew. t. 231. Ahovei major. Pis. bras. 308. Hab. in Brasilia. Cor. flava. h*

2. *ovata*, fol. ellipticis obtusis. *Willd. C. fol. ovatis sparis subsessilibus, flor. terminalibus subquinis. Cav. ic. 3. p. 35. t. 270. Habit. in N. Hispania. Cor. lutea. Stigm. clavatum, umbell. referens. Cavan. h*

3. *parviflora*, foliis stellatis obovatis. *Forst. prod. n. 121. Hab. in ins. Americorum. h*

4. *Manghas*, fol. lanceolatis: nervis transversalibus. *Linn. Petiv. gaz. t. 16. f. 4. Burm. zeyl. 150. t. 70. f. 1. Rumph. 2. t. 81. Hab. in ladiis ad aquas. h*

5. *undulata*, fol. lanceolatis utrinque attenuatis undulatis, cymis ramosis divaricatis axillaribus. *Andrew. t. 130. Cerb. maculata*, fol. maculatis, etc. *Willd. Sp. 2. p. 1223. Ochrosia maculata. Jacq. ic. rar. 2. t. 321. Hab. in ins. Borbonia.*

*Obs.* D. Andrew maculas in foliis tanquam praeternaturales quid et in speciminibus siccis a nimia pressione forte ortas respicit. *Cor. candida, ore amoenae rubro.*

6. *Thevetia*, fol. linearibus longissimis confertis, cor. lac. truncatis. *Jacq. amer. 48. t. 34. Pluck. alm. t. 207. f. 3. Hab. in Cuba et Martinea rarius. Noces pro crepita culis Americenorum inserviunt. h*



\* *Peruviana*, fol. lineari - lanceolatis confertis longis, pedunc. brevissimis paucifloris. C. Thevetia. Flor. Peruv. 2. p. 27. Hab. in Peruviae nemoribus e fructibus, Cascabeles nuncupatis, Indi reticulos longas conficiunt quas strepitus causa in choireis ad collum et genua appendunt.

*Obs.* Haec peruviana planta a priore diversa videtur. Germ. in hac 4-gonum, in illa, secundum Jacquin, subrotundum; stigm. in hac capitatum, acuminatum, denticulis 20 - recurvis ornatum, in illa capitatum subovatum, apice bifido. Jacq. Pedunc. huic suboctoflori, breves in illa saepius uniflori, J.

611. GELSEMIUM. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis: limbo patente 5-lobo subequali. *Caps.* compresso-plana 2-partibilis, 2-locularis. *Sem.* plana, valvularum marginibus adnexa. *Juss.*

1. *sempervirens*. Bignonia sempervirens. Lin. G. nitidum, scandens glaberrimum, fol. lanceolatis, flor. fasciculis axillaribus paucifloris, flor. luteis suaveolentibus. Michaux. Flor. 1. p. 120. Hab. in Amer. bor. maritimis. J.

† † *Fructus bifollicaris.*

\* *Semina nuda s. basi non comosa aut papposa, saepe margine membranae aucta.*

612. VINCA. Contorta. *Cor.* hypocrateriformis, fauce 5-gona. *Folliculi* 2, erecti, teretes, angustissimi. *Sem.* oblonga, nuda.

1. *minor*, caulibus procumbentibus, fol. oblongo-lanceolatis, margine glabris. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1232. Blackw. t. 59. Hab. in sylvis. Sempervirens. J.

2. *herbacea*, caul. procumbentibus, fol. oblongo-lanceolatis edentulis, cal. ciliatis. Ritabel. Pl. hong. p. 8. t. 8. Hab. in apricis arenosis et in calcariis prope Budam, vere. J.

3. *major*, caul. declinatis, fol. ovatis, junioribus margine ciliatis, flor. pedunculatis. Willd. Hab. in Gallia Narbonensi, Hispania, Helvetia, etc.

4. *lutea*, caule volubili, fol. oblongis. Lin. Amon. acad. 4. p. 307. Catesb. car. 2. p. 53. p. 53. Hab. in Carolina. Facies Echitis. Willd. J.

5. *rosea*, caule suffrutescente erecto, flor. geminis sessilibus, fol. ovato-oblongis, petiolis basi bidentatis. Linn. Mill. dict. t. 186. Hab. in Madag., Java. Var. fol. villosis. J.

6. *parviflora*, caul. herbaceo erecto, fol. (rhomboidico-) lanceolatis, flor. geminis involucreatis. Retz. obs. 2. p. 14. V. *pusilla*. Lin. suppl. 166. Murr. Comment. goett. 1772. p. 66. t. 4. f. 1. Hab. in Traquebariae hortis, vitium summum. Carol. Lithospermi officinalis magnitudine et colore. ☉

613. MATELEA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* rotata. *Anthera* in capitulum 5-gonum conjuncta. *Stigma* dilatata. *Folliculus* 1, (altero saepius abortivo) verrucosus, 5-gonus. *Sem.* plana, margine crenata.

1. *palustris*. Auhl. guj. 1. p. 278. t. 109. f. 1. Lam. ill. t. 179. Hostea viridiflora. Willd. Sp. p. 1274. Hab. in Gujien. paludosis. Fol. oblongo - ovata acuminata et (f. fol. latiora. Auhl. f. 2. Flor. axill. J.

614. PLUMERIA. Contorta. *Cal.* obtusus, minimus, deciduus. *Cor.* infundibuliformis, tubo subcurvo. *Stigma* 2 - fidum. *Folliculi* 2, deorsum flexi, longi ventriculosi. *Sem.* oblonga, basi ala membranacea (crenato-dentata) aucta.

1. *rubra*, foliis ovato-oblongis, petiolis biglandulosis. Lin. Willd. p. 1242. Catesb. carol. t. 92. Ehret. t. 10. Hab. in Jamaica, Surinamo. Arb. proceram ramosam.

2. *alba*, fol. lanceolatis revolutis, pedunc. superne tuberosis. Lin. Jacq. Amer. t. 174. f. 2. ed. picta. t. 38. Plumier. Sp. ic. 23. In Jamaica. Priorie habitu, sed parum ramosa.

3. *purpurea*, fol. oblongo-ovatis, margine revolutis, cor. rubris. Flor. Per. 2. p. 20. t. 137. Hab. in Peruv. hortis. Cor. quam in reliquis speciebus minor, fragrantissima: ore laeviter lutescente. L. c. J.

4. *incarnata*, fol. ovato-oblongis acutis, cor. incarnatis disco fulvo. Flor. Per. 1. c. t. 238. Cum priore. Flor. cymosumbellata. Nimis affinis sequenti dicitur. J.

5. *carinata*, fol. oblongo-ovatis acuminatis carinatis: marginibus planis rubris, cor. magnis tricoloribus. Flor. Per.

p. 21. Cor. in centro lutea, extus ad medium alba, superne rubescens. h

6. *tricolor*, fol. oblongis acutis, marginibus planis venosis, cor. tricoloribus. Flor. Per. t. 139. Cor. tubus ruber, fauces croceae, limbus albo-roseus.

Obs. Plumieriae nostrae, dicunt auctores Flor. Peruvianaee, inter se differunt colore et magnitudine florum (quare forte varietates aut subspecies tantummodo sunt) et cum nec color, nec magnitudo speciem mutat, nobis astis visum est illas eodem describere. Etiam cum his potius Plumeria quam Plumeria dicendum est hoc genus, quod comprehendit arbores formosissimas et gratissimas.

7. *obtusata*, fol. lanceolatis petiolatis obtusis. Linn. Catesb. car. 2. p. 93. t. 93. Plum. ic. 232. Habit. in America calidiore. h

8. *putida*, flor. limbo clausis. Jacq. amer. 37. Habit. in Amer. hortis, ubi, secundum Jacquinum, sub nomine *Donsellas* sive *Virgines*, eo quod nunquam explicentur corollae, quae flavescens et omnium odoratissimae sunt, coluntur.

615. CAMERARIA. *Cal.* minimus acutus. *Cor.* infundibuliformis: tubo utrinque ventricoso. *Anthera* filo longo terminatae. *Folliculi* 2, basi utrinque bilobi, horizontales. *Sem.* imbricatae membranae (ala) inserta.

1. *latifolia*, fol. ovatis acuminatis parallelo-costatis nitidis, flor. corymbosis terminalibus. Willd. Sp. 2. p. 1245. Andr. t. 16. Mill. dict. Jacq. amer. 37. t. 182. f. 86. Plum. gen. 18. ic. 72. f. 1. Hab. in Amer. calidiore. Cor. alba: fundo flavescens. h

2. *zeylanica*, fol. ovato-oblongis acuminatis parallelo-costatis, corymbis terminalibus, axillaribusque. Willd. Hab. in Zeylona. For. minores. h

3. *lutea*, fol. ovato-oblongis acuminatis reticulato-venosis, umbella pedunculata pauciflora. Willd. Lam. encyc. 1. p. 566. C. *Tamaquarina*. Aubl. guj. 1. p. 260. t. 102. *β. gujanensis* fol. ovatis acuminatis, floribus parvis axillaribus odoratis. Aubl. guj. 1. p. 262. Hab. ad ripas amnis Galibienis Gujanae. h

4. *angustifolia*, foliis linearibus. L. Plum. gen. 18. ic. 72. f. 2. Hab. in America calidiore. h

616. TABERNEMONTANA. *Cor.* hypocrateriformis. tubus angulato-striatus, basi subglobosus. *Folliculi* 2, horizontales. *Sem.* pulpae immersa. (Fol. opposita.)

1. *citrifolia*, fol. ovatis, floribus lateralibus glomerato-umbellatis. L. Jacq. amer. 38. t. 175. f. 13. ed. pict. Plum. gen. 18. ic. 248. f. 2. Hab. in America. h

2. *laurifolia*, fol. ovalibus obtusiusculis. Mill. dict. n.º 3. Jacq. amer. p. 39. Hab. in Jamaica. h

3. *echinata*, fol. ovato-oblongis acuminatis, flor. glomerato-umbellatis, fructibus echinatis. Willd. Aubl. guj. 1. p. 263. t. 103. Hab. in Gujana. h

4. *grandiflora*, fol. caule dichotomo, calycibus inaequalibus laxissimis. Mant. 53. Jacq. amer. 40. t. 31. Hab. Carthagenae. Cal. fol. alba: exteriora cordata. h

5. *cymosa*, fol. ovato-lanceolatis, flor. cymosis. Jacq. amer. 39. t. 181. f. 14. Hab. Carthagenae. Fol. semipedalia. Folliculi rubescentes pulpa suranua. h

6. *amygdalifolia*, fol. ovali-lanceolatis, staminibus tubum corollae superantibus. Willd. Jacq. amer. 39. t. 181. f. 15. Hab. in Carthagenae sylvaticis. h

7. *discolor*, fol. ovato-lanceolatis, pedunc. axillaribus bifidis. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 535. Hab. in Jamaica. h

8. *persicariaefolia*, fol. lanceolatis acuminatis, flor. racemosis. Willd. p. 1245. Jacq. ic. rar. 2. t. 320. Collect. 4. p. 159. Hab. in insula Mauriti. h

9. *arcuata*, fol. obovatis oblongis acuminatis, corymb. ternis multifloris, folliculis revolutis-arcuatis. For. Per. 2. p. 22. t. 143. Copiose in Peruviae nemoribus, ad Pozo vicum. Arbor succo lacteo, copiose scatet, qui aeri expositus in gummi-resinam condensatur.

10. *Sananho*, fol. oblongis acuminatis, corymb. biguedridis, fructibus obovato-subrotundis acuminatis. Flor. Per. t. 144. In Peruv. nemoribus. Follic. obtuse digonae. Cor. tubus longissimus. h

11. *elliptica*, herbacea, fol. subternis lanceolatis. Thunb. jap. 111. Hab. in Japonia. Añnis T. Amsoniae. L.  $\overline{\text{E}}$

12. *alternifolia*, fol. alternis, caule ar-

herescente. L. Rheed. 1. t. 43. Hab. in Malabar. h

617. *AMSONIA*. Contorta. *Cor.* infundibuliformis, fauce clausa. *Folliculi* 2, erecti. *Sem.* teretia nuda oblique truncatis. (Stigma margine annulari. Fol. alterna.)

1. *latifolia*, caule glabriusculo, foliis ovali-lanceolatis: superioribus acuminatis. Michaux. Flor. 1. p. 121. Tabernem. Amsonie. Lin. Willd. p. 1246. Hab. in umbrosis humidis sylv. Carolinae.

*Obs.* Culae fol. minus acuminata et subglabra. M.

2. *angustifolia*, fol. angusto-linearibus crebris erectis pubescentibus. Michaux. L. c. A. ciliata. Walt. In Georgiae sabulosis apricis.

618. *URCEOLA*. Contorta. *Cor.* urceolata. *Nectar.* cylindricum integrum, germen cingens. *Folliculi* 2, 1-loculares, 2-valves. *Sem.* pulposa.

1. *elastica*. Roxb. in Asiat. researches. 5. p. 167. sq. Sprengel in Schrad. Journ. bot. 1800. 2. p. 236. Hab. in India. Flor. paniculati Succus aëre coagulatus, resinam offert elasticam, *Kaoutchouk* similem.

\* \* *Semina basi comosa s. papposa.*

619. *NERIUM*. Contorta. *Cal.* 5-partitus parvus, persistens. *Cor.* infundibuliformis, fauce coronula lacera. *Folliculi* conniventes longe acuminati.

1. *Oleander*, foliis lanceolatis angustis ternis, subtus costatis, cal. laciniis squarrosis, nect. plamis tricuspidatis. Willd. Sp. 2. p. 1234. Ait. Kew. 1. p. 206. Desfont. Atl. 1. p. 208. Lam. ill. t. 174. Pulchra haecce *Arbuscula*, per totam aestatem, flores, sponte crescit in India, et in Atlantae ad fluviorum ripas. Val. flor. albis.

2. *odorum*, fol. lineari-lanceolatis ternis subtus costatis, laciniis calycinis erectis, nectaris multipartitis filiformibus. Willd. p. 1235. N. *odoratum*, - anth. superne barbato-plumosis. Lam. enc. 3. p. 456. Rheed. 9. t. 2. β. Flor. plena. Herm. lugdb. 447. t. 449. Hab. in India orientali. Priore tenerius, et in caldariis colendum. h

3. *salicinum*, fol. lineari-lanceolatis

ternis enervis. Vahl. symb. 2. p. 45. Forsk. descr. 205. Hab. in Arabia felici. h

4. *obesum*, foliis oblongo-lanceolatis sparsis, subtus villosis. Vahl. symb. 2. p. 45. Forsk. descr. 205. Hab. in Arabia felici. h

5. *seylanicum*, fol. lanceolatis oppositis, ramis rectis. L. Burm. zeyl. 23. t. 12. f. 2. Hab. in India. h

6. *divaricatum*, fol. lanceolatis-ovatis, ramis divaricatis. L. Hab. in India. Flor. albi. ♂

7. *antidysentericum*, fol. ovatis acuminatis petiolatis, follic. apice connexis. Lam. enc. 4. p. 457. Burm. zeyl. 167. t. 77. Rheed. 1. t. 47. Hab. in Malabar, Zeylone, Russia. Flor. albi, odorati. h

8. *corosarium*, fol. ellipticis, pedunc. ex dichotomia ramorum geminis bifloris. Ait. Kew. 1. p. 297. Jacq. ic. rar. 1. t. 52. Coll. 1. p. 138. Burm. zeyl. t. 59. Rumph. 4. p. 87. t. 39. Rheed. 2. t. 54. Hab. in India orientali. Corona petaloidea duplex. An *Tabernaemontana*? Lam. l. c. h

420. *SIFROPHANTHUS*. Contorta. *Cor.* infundibuliformis: laciniis longissime caudate. *Coronula* faucis dentibus 10 simplicibus.

1. *sarmentosus*, glaber sarmentosus, floribus sub-glomeratis terminalibus et lateralibus, antheris in flum productis. Decand. in Bulletin de Sciences par la soc. Philom. n°. 64. p. 123. t. 8. f. 1. Hab. in Sierra-Leone in Africa. Flor. cum foliis nascuntur, magni, rubri. h

2. *laurifolius*, glaber erectus? fol. sub-ternis, flor. glomeratis terminalibus (post folia nascentibus), anther. in flum productis. Decand. l. c. Hab. in Africa. Non sarmentosus. Var. fol. oppositis et ternatim verticillatis. h

3. *dichotomus*, ramis pedunculisque dichotomis, fol. mucronato-acuminatis. Decand. Hab. in India. Echites *caudata*, cor. infundibuliformibus: apicib. linearib. longissimis. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1240. Barm. ind. t. 26. Anth. priorum.

β. *rotundata*, fol. ovato-rotundis. Nerium candatum. Lam. enc. 3. p. 458. Hab. in India. Arb.

4. *hispidus*, totus piloso-hispidus, anther. acutis muticis. Decand. l. c. t. 8. f. 2. In Africa. Loco stipularum fasciculus pilorum adest. Lacin. cor. omnium longissimas ad 7 uncias. h

611. *ECHITES*. Contorta. *Folliculi* 2, longi, recti. *Sem.* coma instructa. *Cor.* infundibuliformis, fauce nuda. *Anthera* conniventes in conum.

1. *biflora*, caul. sarmentosis, fol. oblongis, pedunculis subbifloris. Jacq. amer. 38. t. 21. ed. picta. t. 28. Willd. Sp. 2. p. 1237. Plum. amer. 82. t. 96. *Nerium* sarmentosum, fol. oppositis oblongis acutis, subtus cinereis, tubo floribus fauce ampliato. Brown. jam. 180. Hab. in Caribaeis. Flor. candidi cum fauce lutea. Pedunc. 1-4-flori. h

2. *quinquangularis*, pedunculis racemosis, fol. obovatis acuminatis. Jacq. amer. 32. t. 25. ed. picta. t. 32. Hab. in America meridionali. Flor. saepe-virescentes. Non lactescit. J. h

3. *annularis*, caule volubili, cor. hypocrateriformibus, tubo annulo elevato. Lín. suppl. 166. Hab. in Surinamo. Caul. saeber. Stigma annulo cinctum. L.

4. *tomentosa*, fol. cordato-oblongis acuminatis, cauleque hirsuto, floribus racemosis piliosis. Vahl. symb. 3. p. 44. Hab. in Cajen.

5. *suberecta*, pedunc. multifloris, cor. cylindraceis extus hirsutis, fol. subovatis mucronatis subtus pubescentibus. Swartz. obs. 104. Andrew. t. 187. Jacq. amer. 32. t. 26. Sloan. jam. 89. hist. 1. p. 206. t. 130. f. 2. Hab. in Jamaica. Flor. lutei magni. Succus lacteus venenatus. h

6. *domingensis*, pedunc. racemosis, fol. cordato-ovatis rigidiusculis subtus discoloribus, caule volubili. Swartz. FL ind. occid. 1. p. 529. Jacq. ic. rar. 1. t. 53. Collect. 1. p. 73. In fruticetis maritimis Jamaicae, Hispaniolae. h

7. *agglutinata*, pedunculis racemosis, fol. ovatis emarginatis acuminatis. L. Jacq. amer. 31. t. 23. ed. picta. t. 30. Hab. in fruticetis montosis in Domingo. Flor. parvi, candidi. T

8. *Asperuginis*, pedunculis racemosis, folliculis filiformibus, fol. oblongis acutis asperis, caule volubili. Swartz. FL ind. occid. 1. p. 531. Apocynum scandens, siliquarum externa parte vestibus haerente. Plum. ic. 26. Hab. in fruticetis siccissimis Jamaicae, Hispaniolae. Antecedenti similis. h

9. *torulosa*, pedunc. subracemosis, fol. lanceolatis acuminatis, follic. torulosis longissimis. Jacq. amer. 31. t. 27. ed. picta. t. 34. Swartz. obs. 105. Brown. jam. 181. t. 16.

f. 2. Lam. ill. t. 174. f. 1. Hab. in Jamaica. h

10. *umbellata*, pedunc. umbellatis, fol. ovatis obtusis mucronatis, caule volubili. Jacq. amer. 30. t. 22. ed. picta. t. 29. Sloan. jam. 89. hist. 1. p. 207. t. 131. f. 2. Hab. in Jamaica. Flor. magni, albi, tubo longissimo viridanti. Jacq.

11. *circinalis*, pedunc. axillaribus articulatis multifloris, laciniis corollae undulatis, fol. ellipticis, caule volubili. Swartz. FL ind. occid. 1. p. 533. Hab. in sepibus montosis Hispaniolae. h

12. *floribunda*, racemis compositis corymbosis, fol. ellipticis acuminatis, costatis, ramis erectiusculis. Willd. Swartz. FL ind. occid. 1. p. 534. Hab. in fruticetis, montium Jamaicae. h

13. *trifida*, pedunc. trifidis multifloris, fol. ovato-oblongis acuminatis. Jacq. amer. 31. t. 24. ed. picta. t. 31. Hab. in America. Flor. tubo longo purpurascente, limbo sordide virente. J. h

14. *repens*, pedunc. racemosis, fol. lanceolato-linearibus angustis, follicul. torulosis. Jacq. amer. 33. t. 28. ed. picta. t. 35. Hab. in Domingo rupestribus et ad marg. sylvarum. h

15. *corymbosa*, racemis corymbosis, staminibus eminentibus, fol. lanceolato-ovalibus. Jacq. amer. 34. t. 30. ed. picta. t. 37. Swartz. obs. 105. Hab. in sylvaticis insulae Domingo. h

16. *costata*, pedunc. cymosis, fol. elliptico-lanceolatis acuminatis. Forst. prod. n°. 123. Rheed. 9. t. 14. Hab. insulis Societatis. h

17. *spicata*, spicis axillaribus, brevibus, staminibus eminentibus, fol. subovatis distichis. Jacq. amer. 34. t. 29. ed. picta. t. 36. Hab. in sylvis Carthagenae, ubi arbores vicinas ad 60 pedum altitudinem scandit. h

18. *siphilitica*, fol. ovatis subpetiolatis glaberrimis costatis, paniculis dichotomis, floribus spicatis. Lín. suppl. 167. Hab. in Surinamo. Decoctum herbae Surinamensis in Siphilitide notissimum. h

19. *glandulosa*, fol. cordato-subrotundi acuminatis tomentosis glanduliferis, pedunc. racemosis. Flor. Per. 2. p. 19. t. 135. In Peruviae nemoribus. Plant. tomentosa. Caul. ad ar. iculationes et flous ad cordaturam et per petiolis (et stipulae) glandulifera. h

20. *laxa*, fol. cordatis acutis, basi multiglandulosis, pedunc. longis laevis racemosis

*paucifloris*. Flor. Per. 1. c. t. 131. f. b. Hab. in Pillao nemorib. Plant. parum villosa. Rami filiformes subvillosi. †

21. *acuminata*, glabra, fol. ovatis oblongisque acuminatis basi glandulis 5, racemis brevibus, pedicellis geminis. Flor. Per. t. 134. f. a. Cresc. in sylvis Chinchao ad Macora praedium. Cor. alba, extus purpurasc.

22. *hirsuta*, fol. oblongo-ovalibus acuminatis basi excavatis, subtus villosis, racemis multifloris. Flor. Per. 2. p. 19. t. 136. In Peruviae nemorib. Fol. ad basin glandula 1-2-paedita. Cal. in flore acutus, in fructu obtusus. L. c.

23. *subsagittata*, fol. oblongo-sub-sagittatis acuminatis: angulis positice obtusis, pedunc. paucifloris. Flor. Per. 1. c. Cum priore. Fol. margine ciliata, basi glandulosa. L. c.

24. *puberula*, fol. ovali-lanceolatis basi utrinq. acutis subtus puberulis, flor. parvis fasciculato-corymbosis. Michaux. Flor. 1. p. 120. l. *difformis*. Walt? In Carol. interioris sylvis. Follic. graciles, 1/3 pedales.

25. *scholaris*, fol. subverticillatis oblongis, follic. filiformibus longissimis, umbellis compositis. L. Lignum scholare. Rumph. 2. t. 82. Rheede 1. t. 45. Hab. in India. †

*Obs.* Arbor ramis ad genicula tantum foliatis, cujus lignum ad varia utensilia adhibetur, inter alia ex eo tabulae conficiuntur, superficie altera figuris variis ornata, altera laevissima, in qua pueri in scholis scribere solent.

26. *truncata*, cymis pedunculatis subsessifloris, lobis corollarum truncatis. Lam. enc. 2. p. 340. Catesb. Car. 2. p. 53. t. 53. Hab. in ins. Bahama. E. *biflorae* subsimilis affirmatur. †

27. *lappulacea*, pedunc. racemosis hispidis, flor. oppositis follic. utrinque hispidolappaceis. Lam. 1. c. Plum. Spec. 2. Mss. 2. t. 70. Burm. Amer. t. 26. Cresc. a St.-Domingo. Cor. alba. †

28. *succulenta*, aculeis binis extrafoliaceis, fol. linearibus subtus tomentosis, cor. hypocrateriformibus. Lin. suppl. 67. Hab. ad Cap. b. spei. Filam. barbata. †

29. *bispinosa*, aculeis binis extrafoliaceis, fol. lanceolatis glabris, cor. hypocrateriformibus. Lin. suppl. p. 167. Hab. ad Cap. b. spei. Var. prioris? Frutices hi bini posteriores succulentius lactescentes bispinoci, ut absque visa fructificatione Ephorbiae crederes. L. †

622. **PERGULARIA**. Contorta. Nect. ambiens genitalia cuspidibus 5 sagittatis. Cal. hypocrateriformis: tubo cal. longiore. *Folliculi* 2, saepius asperi.

1. *glabra*, fol. ovatis acutis glabris, caula fruticoso. Willd. Spec. 2. p. 124. Flos pergularis. Rumph. 5. t. 29. f. 2. Hab. in India. †

2? *edulis*, fol. ovatis integris glabris, caule herbaeo volubili. Thunb. prod. 38. Hab. ad Cap. b. spei. †

*Obs.* Est *Cynanchi* species secundum Andrew. Repos. p. 8. t. 185.

3. *tomentosa*, fol. cordatis tomentosis. L. Vahl. symb. 1. p. 23. *Asclepias cordata*. Forsk. descr. 49. Hab. in Arabia. †

4. *purpurea*, fol. cordatis glabris, cor. laciniis lineari-oblongis glabris, umbel. Vahl. symb. 3. p. 44. *Asclepias (cordata)*. Burm. ind. 72. t. 27. f. 2. Hab. in India orientali, China

5. *japonica*, fol. cordatis glabris, cor. laciniis ovatis interne villosis, umbel. simplicibus. Thunb. jap. 111. Hab. in Japonia.

*Obs.* Cel. Andrew, qui hoc genus ad classem Gynandrium decandrium amandat, sequentem nectarii genitil characterem; *Nectarium* duplex, densitia involvens: squamulae exteriores 5 cuspidatae, quinque interiores (quae vera filamenta?) membranaceae: singula occultans stamina (antheras?) duo alterna (quae tunc non pistillo uti in Gynandris sunt adnexa. Secundum eundem P. *glabra* (cui fol. vere ovata sunt) et *japonica* eandem efficit speciem, ab eo P. *minor* denominatum et depictam, nec non P. *purpurea* a *tomentosa* haud diversa, quas sub nomine P. *odoratissima*, fol. senioribus subtomentosis, cor. viridibus, conjunxit; vid. Ejus Rep. t. 185.

623. **PERIPLOCA**. Contorta. Cor. rotata 5-partita; corona (Nect.) urceolata 5-fida, faucem ambiens, setas 5 exsrens. *Stigma* capitatum, 5-gonum. *Folliculi* 2.

1. *graeca*, floribus interne hirsutis terminalibus. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1248. Jacq. Misc. 1. p. 11. t. 1. f. 2. Lam. ill. t. 177. Hab. in Syria, Sibiria. Stigma 10-crenatum. †

2. *mauritiana*, fol. ovatis longe acuminatis, flor. racemosis, fruct. horizontaliter

patentib. Poir. in Enc. bot. 5. p. 188. Cyn. mauritianum. Lam. Enc. 2. p. 236. Rumph. 5. t. 10. Rheed. g. t. 11. In India.

3. *Secamone*, floribus interne hirsutis paniculatis, fol. lanceolato-ellipticis. Secamone. Alp. aegypt. 133. t. 134. Hab. in Aegypto. Dilfert a praecedente primo intuitu floribus minutis copiosis. h

4. *laevigata*, cor. glabris, laciniis obtusis, cymis trichotomis, fol. oblongo-lanceolatis venosis laevibus, caule glabro. Willd. Ait. Kew. 1. p. 30r. P. puniceifolia caule fruticoso lento, fol. lanceolatis. Cav. ic. 3. p. 9. t. 217. Hab. in Canariis. Cor. interne luteo-viridis, laciniis macula fulva notatis. W. h

5. *angustifolia*, cor. glabris, laciniis emarginatis, cymis trichotomis, fol. lanceolatis aveniis laevibus, caule glabro. Willd. p. 1249. Desf. Atl. 1. p. 209. P. fruticosa, fol. aveniis angusto-lanceolatis perennantibus, folliculis horizontalibus basi oppositis. Billard. ic. pl. Syric. 2. p. 17. t. 7. Hab. in Syria et Atlante. Cor. interne purpurea, in medio macula alba notata. h

6. *esculenta*, glabra, fol. lineari-subulatis, racemis elongatis simplicibus, floribus interne nudis. Lin. suppl. 168. Roxb. corom. 1. p. 13. t. 11. Pluck. amal. 19. t. 359. f. 6. Hab. ad littora fluminum Zeylonae et Malabaricae. Var. latitudine foliorum. W. h

7. *emetica*, cor. glabris, corymbis paucifloris axillaribus, fol. lineari-lanceolatis aveniis. Willd. p. 1250. Retz. obs. 2. p. 14. Willd. phytog. 1. p. 6. t. 5. f. 2. In Ind. h

8. *indica*, spicis axillaribus, imbricatis, fol. ellipticis obtusis mucronatis, caule glabro. Willd. p. 1251. Burm. zeyl. 187. t. 83. f. 1. Pluck. mant. 17. t. 359. f. 2. Hab. in Zeylona. h

9? *capsularis*, fol. lanceolatis integerrimis oppositis, cymis axillaribus diffusis. Forst. prod. n<sup>o</sup>. 126. Hab. in Nova Zeelandia. †

10. *africana*, fol. ovatis acutis, flor. corymbosis, caule hirsuto. Willd. Jacq. misc. 1. p. 13. t. 1. f. 3. Comm. rar. 18. t. 18. Pluck. alm. 37. t. 137. f. 4. Hab. ad Cap. b. spei. Cor. purpurasc. Nect. album campanulatum, 5-gonum 1 ore 10-dentato, vagina interior alba, cum nect. conglutinata ambiens pistillum. Jacq.

11. *tunicata*, fol. oblongis cordatis acuminatis, floribus umbellatis. Willd. o's. 2. p. 15. phytog. Retz. 1. p. 7. t. 5. f. 1. Hab. in Tranquebaria.

12. *sylvestris*, fol. subrotundo-ovatis reticulato-venosis, subtus pubescentibus, floribus umbellatis. Retz. obs. 2. p. 15. Willd. 1. c. 1. p. 7. t. 5. f. 3. Hab. in sylvestricis Zeylonae. h

13. *albicans*, fol. ovatis acuminatis, racemis paucifloris, caul. sulcato-candicante. Encycl. bot. 5. p. 191. Hab. in India orient. Commers. Non confundi debet cum Cynancho tuberoso L. quocum cortice convenit. Fruct. ignotus. h

14. *cordata*, fol. ovato-cordatis mucronatis, flor. axillaribus subumbellatis, pedunc. capillaribus. Enc. bot. 1. c. Hab. in India. Sonner. P. indicae affinis, sed tota glabra. h

15. *parviflora*, fol. ovato-sublinearibus, flor. minimis subsessilibus, caul. volubili. Enc. bot. 5. p. 192. In India a Sonner. lecta. Non confundenda dicitur cum Cynancho parviflora. Sw., cujus habitum retinet. h

16. *virgata*, fol. lanceolatis, flor. longe spicatis subnudis, caul. virgatis, ramis florentibus lateralibus. Enc. bot. 1. c. In Ind. orient. Cor. alba, parva. h

624. CYNANCHUM. Contorta. Cor. rotata. Nect. cylindricum, 5-dentatum, cor. fauce ambiens, simplex. Folliculi 2.

1. *viminalis*, caule volubili perenni aphylo. L. Euphorbia viminalis. L. Spec. plant. 2. p. 649. Bass. Act. bonon. Alp. aegypt. 190. t. 190. Hab. in Africae maritima et Indiae nemorosis. Caul. nudus, crassitudine calami. h

2. *filiforme*, caule erecto simplicissimo, fol. linearibus, floribus verticillatis axillaribus. Lin. suppl. 169. C. fol. linearibus planis. Thunb. prod. 46. Hab. in Cap. b. spei.

3. *crispum*, caule erecto herbaceo, fol. lanceolatis crispis, floribus lateralibus. Thunb. prod. 46. Cum priore.

4. *tenellum*, caule herbaceo subvolubili, fol. ovato-oblongis. Lin. suppl. 168. Hab. in Nova Granada.

5. *obtusifolium*, caule volubili herbaceo, fol. oblongis apice rotundatis cum acuminibus, umbellis lateralibus. Lin. suppl. 169. cf. Lam. enc. 2. p. 236. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. virides subumbellati. W. ☉

6. *capense*, caule volubili undique coniformi, fol. subcordato-ovatis, pedunculis multifloris.

- multifloris*. Lin. suppl. 168. Hab. ad Cap. b. spel.
7. *acutum*, caule volubili herbaceo, fol. cordato-oblongis glabris. Apocynum latifolium. Clus. hist. 1. p. 125. Hab. in Sicilia, Hispania, Astracan. Cymae poliferae. W. T.
8. *rostratum*, caule petiolisque hirsutis, fol. cordato-oblongis, petalis lanceolatis planis. Vahl. symb. 3. p. 45. Hab. in insula Trinitatis. Cor. ante explicationem ovata acuminato-rostrat.
9. *graniflorum*, caule pedunculisque hirtis, fol. cordato-ovatis acuminatis, petalis ovato-acuminatis. Willd. p. 1254. Cav. ic. 2. p. 14. t. 21. Hab. in America calidior. Caulis pilis rufis. Cor. maxima hujus generis, viridis, coriacea. T.
10. *nigrum*, caule volubili, fol. oblongo-cordatis glabris acutis, racemis simplicibus paucifloris. Willd. Cav. ic. 2. p. 45. t. 159. Hab. in Mexico. Cor. nigrae. T.
11. *racemosum*, caule volubili fol. ovato-cordatis glabris acuminatis, racemis simplicibus multifloris. Willd. Jacq. amer. 81. t. 34. ed. pict. t. 80. Hab. in Carthagens. Cor. candidae, parvae. T.
12. *excelsum*, caule volubili, fol. glabris cordato-lanceolatis, caps. longis angustis acutis. Desf. Atl. 1. p. 212. Hab. in palmetis prope Tozer. Fol. glauca. T.
13. *Ipecacuanha*, caule volubili pubescente, fol. cordato-ovatis cuspidatis subtus pubescentib., umbell. simplib. paucifloris villosis. Willd. Jahrb. d. Pharm. 1. 2. β. C. vomitorium, fol. ovato-lanceolatis, corymb. etc. Lam. enc. 2. p. 235. Asclepias *asthmatica*. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1270. Hab. in Zeylonae sylvis et in ins. Franciae. Rad. vim vomitoriam ad dosin ʒj. gr. oblata excurret. Cal. lacini. setosae.
14. *tomentosum*, caul. volubili tomentoso, fol. subcordato-ovalib. mucronatis subtus tomentosis, umb. subquinquefloris. Lam. J. c. In Ind. orient.
15. *maritimum*, caule volubili, foliis cordatis hirsutis subtus tomentosis, pedunc. aggregatis. Jacq. amer. 83. t. 56. ed. pict. t. 82. Hab. in Terra Bomba Amer. meridion. Cor. atropurpureae. h
16. *suberosum*, caule volubili hirtis, fol. ovato-cordatis acuminatis, corymbis axillaribus, lacinis cor. lanceolatis. Willd. Dill. elth. 300. t. 229. f. 296. Habit. in America calidior. h
17. *carolinense*, caule volubili herbaceo hirsuto, fol. ovato-cordatis acutis hirsutis,
- flor. subumbellatis, oor. obtusis. Jacq. ic. 2. t. 34a. Coll. 2. p. 288. Hab. in Carolina. T.
18. *obliquum*, caule volubili herbaceo hirsuto, fol. cordatis acutis villosis, florib. umbellatis, petalis obliquis ad oras revolutis. Jacq. ic. 2. t. 341. Collect. 1. p. 148. Hab. in Carolina. T.
19. *hirtum*, caule volubili fruticoso inferne suberoso fesso, fol. ovato-cordatis. L. Moris. S. 15. t. 3. f. 61. Hab. in America. T.
20. *crispiflorum*, caule volubili, foliis subtus villosis oblongis cordatis, sinu clauso, petalis apice crispis. Plum. ic. 210. t. 216. f. 1. Hab. in fruticetis Jamaicae et ad isthmum Darien. h
21. *prostratum*, caule prostrato herbaceo, fol. reniformi-cordatis acutis subtus tomentosis. Willd. Cav. ic. 1. p. 6. t. 7. Hab. in Mexico. T.
22. *monspeliacum*, caule volubili herbaceo, fol. reniformi-cordatis acutis glabris. Cav. ic. 1. p. 44. t. 60. Jacq. ic. 2. t. 340. Collect. 4. p. 168. Hab. in Hispania et Narbonae maritimis. h
23. *sibiricum*, caule volubili herbaceo, fol. articulato-cordatis glabris. Willd. in N. Act. berol. v. 2. t. 6. f. 1. Hab. in Sibiria. Non confundendum cum C. erecto.
24. *extensum*, caule volubili herbaceo hirtis, fol. reniformi-cordatis acutis, petalis acutis, margine hirsutis. Jacq. ic. 1. t. 54. Mfsc. 2. p. 357. C. corallofolium. Retz. obs. 2. p. 15. Hab. in India orientali. h
25. *reticulatum*, caule volubili, foliis acuminatis glabris planis, umbellis axillaribus. Willd. p. 1258. Retz. obs. 2. p. 15. Hab. in India orientali. h
26. *undulatum*, glabrum, caule volubili fol. oblongis acuminatis, basi attenuatis, undulatis, umbellis capitatis. Willd. Jacq. amer. 85. t. 58. ed. pict. t. 84. Hab. Carthagenae in monte de la Popa. Cal. cinereus. Cor. violacea. h
27. *parviflorum*, caule volubili filiformi, fol. ovatis apice subulatis, umbellis subsessilibus. Swartz. Fl. iud. occident. 1. p. 57. Plum. ic. 215. f. 1. Hab. in fruticetis sylvaticis montosis Indiae occidentalis. h
28. *erectum*, caule erecto divaricato, fol. cordatis glabris. L. Jacq. hort. t. 38. In Syria. h
29. *hastatum*, fol. subhastato-lanceolatis, auriculis rotundatis, flor. mucronatis subsessilibus. Hab. in Africa.

30. *angustifolium*, caul. volubili, fol. linearibus angustis, umbellis longe pedunculatis. Hab. ad littora maris in Carolina. Michaux, fl. Ex Herb. Rich.

† **ГОВОЛОБИУМ**. *Cor.* rotata, 5-partita. Appendix (nectar. L.) brevissima, inclusa. *Stylus* discoideo-5-gonus. *Folliculi* ut plurimum costati seu angulati.

31. *macrophyllum*, sarmentis petiolisque hirsutis, fol. amplis abrupte acuminatis puberulis, cor. laciniosis ovali-lanceolatis. Michaux. Flor. 1. p. 119. sub *Gonolobo*. Vincetoxicum gonocarpos. Walt. Hab. in Carolinae sylvia.

32. *hirsutum*, sarm. petiolisque hirsutissimis, fol. sensim acuminatis utrinque pubescentibus, cor. lacin. oblongo-ovalibus obtusis. Michaux. l. c. Vincet. acanthocarpos. Walt. Cum priore. Follic. oblongi operasim muricati.

33. *laeve*, sarment. glabriusculis, fol. subconicoideo-cordatis, folliculis laevibus. Michaux. l. c. sub *Gonolobo*. Hab. in dumetosis ripariis flum. Mississippi.

34. *obtusifolium*, fol. cordatis suborbiculatis subtomentosis mollibus. Hab. . . Ex herbario Rich.

35. *planiflorum*, caul. volubili, fol. cordatis glabris subtus tomentosis, pedunc. subracemosis. L. Jacq. amer. ed. pict. 2. 81. Hab. in Carthagen. Amer. Flor. virentes. J.

36? *album*, caule volubili, fol. oppositis ovato-acutis inferne albis umbel. solitariis multifloris. Cav. ic. 4. p. 5. t. 340. sub *Asclepias*. In Peru. *Cor.* rotata, sordide alba. Cornic. clausi, candidi. C.

†† **ВИНЦТОКСИУМ**. *Cor.* erecta. *Nectarium squamulos* s. *callas* 5, *carnosae retusae* sistens.

37. *Vincetoxicum* (vulgare), caule erecto, fol. ovatis acuminatis margine tenuissime ciliatis. Willd. Sp. p. 1268. sub *Asclepias*. Flor. dan. t. 849. Vincetoxicum officinale. Moench. method. p. 717. Hab. in montosis calcareis et in sylvaticis. ¶

38. *nigrum*, caul. superne subvolubili, fol. ovatis basi barbatis. Lin. sub *Asclepias*. Hab. in Italiae et Galliae meridionalibus collibus. *Cor.* nigrescens. ¶

*Obs.* Ob appendices: uniformes solidas duae haec species cum *Cynanchis* majorem similitudinem habent, quam *Asclepiadibus*; an potius distinctum efficiunt genus?

625. **APOCYNUM**. *Cor.* campanulata. *Filamenta* 5, cum staminibus alternis. *Styl.* subnullus. *Stigma* latum. *Folliculi* longi, lineares.

1. *filiforme*, caule decumbente herbaceo hirsuto, foliis lineari-filiformibus, floribus umbellatis. Thunb. prod. 47. Willd. 2. p. 1259. Hab. ad Cap. b. spei.

2. *hastatum*, caule decumbente herbaceo, fol. hastatis. Thunb. l. c. A. minutum. Lin. suppl. 169. Hab. ad Cap. b. spei. Caul. filiform. Umb. simplex subsexflora. ¶

3. *androsamifolium*, caule rectiusculo herbaceo, fol. ovatis utrinque glabris, cymis terminalibus glabris. L. Doul. mem. 59. t. 51. Moris. 2. 15. t. 3. f. 16. Hab. in Virginia, Canada. Flor. rosei, muscipasc. ¶

4. *cannabinum*, caule rect. herbaceo, fol. oblongis subtus tomentosis, cymis lateralibus folio longioribus. Ait. Kew. 1. p. 303. Michaux. Flor. 1. p. 122. Moris. 2. 15. t. 3. f. 14. Hab. in Canada, Virginia. *Cor.* pallidescens-virides. Fol. in culta magis glabra. ¶

5. *hypericifolium*, caule erectiusculo herbaceo, fol. oblongis cordatis glabris, cymis folio brevioribus. Aiton. p. 304. Jacq. hort. 3. p. 37. t. 66. Hab. in America boreali. ¶

6. *venetum*, caule erectiusculo herbaceo, fol. elliptico-lanceolatis mucronatis, margine denticulato-serratis. Willd. Hab. in Adriatici maris insulis. ¶

7. *paniculatum*, caule frutescente volubili, fol. ovato-lanceolatis acutis glabris, floribus terminalibus et axillaribus paniculatis. Lam. encyclop. 1. p. 212. A. Acouci. Aubl. guj. 1. p. 174. t. 107. Hab. in pratis Sinemariensibus Gujanae. ¶

8. *umbellatum*, caule volubili frutescente, fol. ovatis acuminatis subtus tomentosis, cyma terminali. Willd. Flor. purpurascens. Aubl. guj. 1. p. 275. t. 106. Hab. in Cajenna. ¶

9. *tiliaefolium*, caul. volubili subfruticoso, fol. cordato-subobovatis acuminatis longe petiolatis. Lam. enc. 1. p. 214. Rheed. 9. t. 15. Rumph. 5. t. 175. f. 2? Hab. in India. Soanerat. Flor. magni in fasciculo umbelliformi axillari.

10. *cotiniifolium*, fol. rotundatis obtusis petiolatis viridibus, flor. parvis corymbos. terminalibus. Lam. l. c. p. 215. Hab. in ins. Java.



11. *reticulatum*, caule volubili perenni, fol. ovatis venosis. Rumph. 5. t. 40. Hab. in India. h

12. *cordatum*, caule volubili hirsuto, fol. ovatis subtus villosis. Thunb. prod. 47. Hab. ad Cap. b. spei. h

13. *lanceolatum*, caule volubili herbaceo striato glabro, fol. lanceolatis, umbella triflora. Thunb. Hab. ad Cap. b. spei.

14. *triflorum*, caule volubili herbaceo piloso, fol. lanceolatis, umbellis lateralibus trifloris. Thunb. Lin. suppl. 169. Hab. ad Cap. b. spei.

15. *lineare*, caule volubili, herbaceo glabro, fol. lineari-lanceolatis, floribus paniculatis. Thunb. A. fol. linearibus planis, umb. axillaribus compositis. Lin. suppl. 169. Hab. ad Cap. b. spei.

† QUIRIVELA. Caps. ovalis, cal. tecta, 1-locularis, 5-valvis. Sem. ... ? Flor. ... ?

16. *frutescens*, caule erecto frutescente, fol. lanceolato-ovalibus, cor. acutis, fauce villosis. Lin. Willd. 2. p. 1260. Flor. Zeyl. t. 12. f. 1. Quirivella *zeylanica*, fol. ovato-lanceolatis subacuminatis, flor. racemosis axillaribus. Poir. in Enc. bot. vol. 6. (ined.) p. 24. Lam. enc. t. p. 215. Kirwael Zeylonensium. Hab. in Zeylona.

Obs. Hanc plantam non hujus generis, nec ejusdem familiae esse dicitur. In vivis aut melioribus specimenibus hinc ulterius examinari debet.

626. ASCLEPIAS. Contorta. Cor. rotata, (sæpius) reflexa. Nect. 5. ovata, concava, corniculum exsertentia. Anth. corneae longitudinaliter dehiscentes.

\* Foliis nullis.

1. *aphylla*, caul. aphylo. Thunb. prod. 47. Willd. Sp. 2. p. 1262. Hab. ad Cap. b. spei.

\*\* Foliis oppositis planis.

2. *undulata*, fol. sessilibus oblongis lanceolatis, undulatis glabris, petalis ciliatis. Sp. pl. 322. Comm. rar. 16. t. 16. Hab. ad Cap. b. spei. h

3. *crispa*, fol. cordato-lanceolatis undulatis scabris oppositis, umb. terminali. Lin. suppl. 170. A. undulata, fol. revolutoripandis pilosis. Syst. veg. p. 214. Comm. par. 17. t. 17. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. purpurei. h

4. *pubescens*, fol. ovatis venosis nudis,

caule fruticoso pedunculisque villosis. L. Moris. 3. a. 15. t. 3. f. 35. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. purpurascens. h

5. *macronata*, fol. oblongis macronatis glabris, umbellis axillaribus. Thunb. prod. 47. Hab. ad Cap. b. spei.

6. *procera*, fol. obovato-oblongis, petiolis brevissimis, cor. subcampanulatis. Ait. Kew. 1. p. 305. A. gigantea. Jacq. obs. 3. p. 17. t. 69. Houtt. 5. t. 44. Hab. in Persia. h

7. *gigantea*, fol. obovato-oblongis, petiolis brevissimis, laciniis cor. reflexis involutis. Ait. Kew. 1. p. 305. Rheed. 2. t. 37. Sch. thes. 1. t. 26. f. 1. Hab. in India orientali. Valde venusta. Nectaris laminas solidas conniventes sistit. Cor. albo-rubroque variegata. h

8. *grandiflora*, fol. petiolatis oblongis pilosis, caule simpliciter hirsuto erecto; flor. axillaribus pedunculatis. Lin. suppl. 170. Habit. ad Cap. b. spei. Umb. nulla. Flos colore Fritill. Meleagridis tessellato. L.

9. *carnea*, fol. ovatis carnosissimis glaberrimis. Lin. suppl. 170. Hab. in China. †

10. *syriaca*, fol. ovalibus subtus tomentosis, caule simplicissimo, umbellis nuptibus. L. Blackw. t. 52. Hab. in Virginia, circa Astracan. Planta utilissima. Sem. coma pro serico et caule lini ædinstar præparari possunt.

β. *illinoensis*, caule simpli., fol. lanceolato-oblongis sensim acutis subtus tomentosis, umbel. subautentibus tomentosis. A. *syriaca*. β. Michaux. Flor. 1. p. 115. In pratis Illinoensibus.

11. *obtusifolia*, foliis amplexicaulibus oblongis rotundato-obtusis undatis, umbel. terminali longius pedunculata glabra, corniculum exsertit. Michaux. l. c. Hab. a Virginia ad Carolinam.

12. *hybrida*, caul. simplicissimo subtomentoso, fol. petiolatis ovalibus puberulis, umbel. aphyllis terminalibus. Michaux. A. variegata. Walt. Hab. in Carolina. Cor. purpurascens: limbo albente.

13. *amplexicaulis*, tota glauca, caul. decumbentibus simplicibus, fol. cordatis amplexicaulibus, corniculis deltescentibus compresso-ligulatis. Michaux. p. 116. Hab. in pascuis aridis subulosis in Georgia. Fol. purpureo-venosa. Umb. e summis axillis et terminales.

14. *angustifolia*, fol. sessilibus cordatis

oppositis, caul. prostrato, umbel. axillari-  
bus. Walt. Flor. carol. p. 105. Hab. in  
Carolina.

15. *amoena*, fol. ovatis subtus pilosius-  
culis, caule simplici liliariam puberulo,  
umbellis nectarisque erectis. L. Michaux.  
Flor. p. 118. In America septentrionali.  
Hab. tus prioris. Petal. purpurea, append.  
longis roscis. M.

16. *purpurascens*, foliis ovatis subtus  
villosis, caule simplici, umbellis erectis  
nectaris resupinatis. Dill. elth. 32. t. 28.  
f. 31. Hab. in Carolina. Affinis *A. syriacae*,  
ut sequens. ¶

17. *variegata*, fol. ovatis rugosis nudis,  
caule simplici, umbellis subsessilibus; pe-  
dicellis tomentosis. L. Pluck. alm. 34. t. 77.  
f. 1. Hab. in Amer. boreali. ¶

18. *curassavica*, fol. lanceolatis petio-  
latis, glabris nitidis, caule simplici, umb.  
erectis solitariis lateralibus. Mill. Swartz.  
obs. 106. Sloan. hist. a. t. 129. Dill. elth. 34.  
a. 30. f. 33. Hab. in Curassao. Flor. aurantii,  
pulchra. Folliculi ad latera denticulati. ¶

19. *nivea*, fol. ovato-lanceolatis gla-  
briusculis, caule simplici, umb. erectis  
lateralibus solitariis. L. Dill. elth. 33. t. 29.  
f. 32. Plum. sp. 2. ic. 30. Hab. in Virginia  
et America calidore. Cor. viridis nectar.  
nivea. Folliculi edentuli. ¶

20. *laniflora*, fol. planis lineari-lan-  
ceolatis, caule fruticoso, umbellis laterali-  
bus solitariis, cor. birsutis. Vahl. symb. 1.  
p. 23. t. 7. Hab. in Arabia felici. ¶

21. *parviflora*, fol. lanceolatis acumi-  
natis glabris oppositis basi attenuatis, caule  
suffrutico erecto, umbellis lateralibus so-  
litariis. Ait. Kew. 1. p. 307. Hab. in Ca-  
p. Florida. ¶

22. *incarnata*, caule erecto superne  
et inaeque tomentoso, fol. lanceolatis utrinque  
subtomentos. lanuginosis, umbel. pluribus,  
origine geminis, cor. cernit. exsertis. Michaux.  
p. 115. Jacq. hort. t. 107. Hab. in Canaria  
et Virginia, in pratis humidis Illinoisensibus.

Obs. Culta, sicut Michaux. l. c., omnibus  
partibus minor, multo magis pubescit, et  
Willdenow. l. c. p. 1267. fol. determinat  
glabra.

23. *pulchra*, fol. lanceolatis subtus pu-  
bescentibus, caul. superne diviso, umbellis  
erectis geminis. Willd. p. 1267. Hab. in  
America boreali. ¶

24. *debilis*, glaberrima, caule debili  
erecto simplici, fol. petiolatis ovali-lan-

ceolatis utrinque acutis membranaceis, pe-  
dicel. capillaribus. Michaux. p. 116. Hab.  
in Carol. aequosis umbrosis. Flor. albi.

24. *citrifolia*, fol. ovatis undulatis sub-  
tus discoloribus pubescentibus, umb. termi-  
nali, caul. erecto simplici. Willd. Jacq. ic. 2.  
t. 343. Collect. 2. p. 290. Hab. in Amer. ¶

25. *decumbens*, fol. villosis, caule de-  
cumbente. L. Cron. virg. p. 27. Hab. in  
Virginia. ¶

26. *lactifera*, fol. ovatis, caule erecto,  
umb. proliferis brevissimis. L. Hab. in  
Zeylona. Succ. instar lactis inservit. Burm. ¶

27. *volubilis*, arborea volubilis, fol. op-  
positis planis ovatis integerrimis acuminatis  
umbellis erectis. Linn. suppl. 170. Hab. in  
Zeylona. ¶

28. *alexicaca*, caule volubili, fol. in-  
ferioribus cor. latis, superioribus ovatis,  
umbellis sessilibus. Jacq. Collect. 2. p. 102.  
Rheed. 9. t. 13. Hab. in Zeylona. ¶

29. *viminalis*, caule suffrutescente volu-  
3. *autumnale*, spatha monophylla biflora, petal. ovatis apice tridentatis, stylo filiformi. Schousb. Marocc. p. 139. Label. ic. 124. Hab. in Hispania, Lusitania et Barbariae locis aridis. Flor. autumnu sub finem. M. octobr.

4. *trichophyllum*, spatha diphylla biflora, petal. lanceolatis acutis stylo filiformi. Schousb. l. c. p. 140. Cresc. in Barbaria in campis arenosis region. Tingitanæ prope Schaarf el Kaab. Fl. januario.

778. STRUMARIA. *Cor.* hexapetala patens. *Styl.* infra medium incrassatus, s. cum filamentis cocharens. *Stigma* 3-fidum. *Caps.* infera subrotunda 3-locularis.

\* *Styli struma cum filamentis connata.*

1. *linguaeifolia*, fol. lineari-ensiformibus

rotundato-obtusis planis, scapo tereti, superne compresso, stam. longitudina corollae. Willd. Sp. 2. p. 31. *S. linguaeifolia*, styli struma cum filamentis connata utrinque acuta, fol. linguaeformibus. Jacq. ic. rar. 2. t. 356. Collect. suppl. 45. Hab. ad Cap. b. spei cum sequentibus speciebus. *Cor.* candida apicibus virescens. ¶

2. *truncata*, fol. lineari-ensiformibus rotundato-obtusis planis, scapo compresso, staminib. cor. longioribus. Willd. S. *truncata*, styli struma cum filam. connata superne truncata. Jacq. ic. rar. 2. t. 357. *Cor.* candida externe basi rubicunda. ¶

3. *rubella*, fol. linearibus oblique flexis, petalis planis. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 358. Collect. suppl. 46. Spathae violaceae. *Cor.* incarnata. ¶

4. *angustifolia*, fol. linearibus planis, germine triglanduloso. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 359. Collect. suppl. 48. Spathae rubicundae. *Cor.* candida externe linea rubicunda.

\* \* *Styli struma a filamentis libera.*

5. *undulata*, foliis linearibus oblique flexis, petalis undulatis. Willd. p. 32.

6. *filifolia*, fol. filiformibus, petalis acutis. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 361. Coll. 3. p. 222. *Leucium strumatum*. Ait. Kew. t. p. 407. t. 5. *Criaum tenellum*. Lin. suppl. 194.

779. TULBAGIA. *Cor.* infundibulif.

*Limbo* 6-fido. *Nectarium* coronans faucem, 3-phyllum: foliolis bifidis magnitudine limbi. *Caps.* supera.

1. *alliacea*, nectario monophyllo sexdentato, fol. ensiformibus, flor. cernuis. Thunb. prod. 60. Jacq. hort. 2. p. 52. t. 115. Hab. ad Cap. b. spei. ¶

2. *cepaeca*, nectario triphylo, foliis linearibus, flor. erectis. Thunb. prod. 60. Antherae sessiles infra os tubi, tres superiores alternæ. ¶

780. NARCISSUS. *Petala* 6, æqualia: *Nectario* (cor. limbo interiore) infundibuliformi, 1-phylo. *Stam.* intra nectarium.

1. *poiticus*, spatha uniflora, nectario rotato brevissimo scarioso (rubro) crenulato, fol. margine inflexis. Engl. bot. t. 275. *N. angustifolius*. Curt. mag. t. 193. Hab.

in G. Narbonensi, Italia, Helvetia, Germania, Anglia. ☞

2. *biflorus*, spatha biflora, nect. rotato brevissimo membranaceo crenato (albido), fol. acute carinatis, margine inflexis. Smith. Flor. brit. 1. p. 354 Curt. Mag. t. 19. Engl. bot. t. 26. N. poeticus. Huds. Hab. in Angliæ campis arenosis. Pet. ochroleuca. Nect. margine albido. S.

3. *incomparabilis*, spatha uniflora, nectario campanulato plicato crispo, petalis dimidio brevioribus, fol. planis. Curt. mag. 121. Nonpareille. Park. theat. 68. Hab. in Hispania, Lusitania. ☞

4. *Pseudo-Narcissus*, spatha uniflora, nectario campanulato erecto crispo, æquante petala ovata. L. Mill. dict. n. 11. Scop. carn. 2. p. 265. Engl. bot. t. 17. Dod. pempt. 227. f. 12. Hab. in Eur. austr. prætis et montosis. ☞

5. *bicolor*, spatha uniflora, nectario campanulato margine patulo crispo æquante petala. Gouan. illustr. 22. Rudb. elys. 2. p. 70. f. 7. Hab. in Europa australi, in Pyrenæis. ☞

6. *minor*, spatha uniflora, nectario obconico erecto crispo sextifido, æquante petala lanceolata. Sp. pl. 415. Curt. mag. 6. Bauh. hist. 2. p. 597. Hab. in Hispania. ☞

7. *moschatius*, spatha uniflora, nectario cylindrico truncato subrepando, æquante petala oblonga. L. Barr. ic. Rudb. elys. 2. p. 69. f. 6. Hab. in Hispania. ☞

8. *triandrus (pyrenæicus)*, spatha subuniflora nectario campanulato crenulato, dimidio brevioribus petalis, staminibus plurimum ternis. L. Curt. mag. t. 48. Rudb. elys. 2. p. 72. f. 12. Hab. in Pyrenæis. Stamina sex, quorum tria breviora, a nonnullis observata. ☞

9. *orientalis*, spatha subbiflora, nectario campanulato trifido emarginato, petalis triplo brevioribus. Rudb. elys. 2. p. 52. f. 2. Hab. in Oriente. ☞

10. *Amancaes*, spatha 3-6-flora, nectario magno campanulato repando sexlobato crenulato, stem. cernuis, fol. ensiformibus. Flor. Per. 3. p. 51. t. 281. f. a. Hab. in collibus Limæ etc. Flor. magni, luteo-sulphurei, fragrantissimi. ☞

11. *trilobus*, spatha submultiflora, nectario campanulato subtrifido integerrimo, petalis dimidio brevioribus. Sp. pl. 417. Rudb. elys. 2. p. 61. f. 3. Hab. in Europa australi. Similis N. Ionquillæ. ☞

12. *odoratus*, spatha subbiflora, nectario campanulato sexfido laevi, dimidio petalis brevioribus, fol. semicylindricis. Curt. mag. t. 6. N. fol. junceis carinatis, 2-3-4 unifloro, scypho stipes emarginato. Hall. helv. n. 1251. Rudb. elys. 2. p. 60. f. 7. Hab. in Europa australi. Var. spatha uniflora et multiflora. ☞

13. *biflorus*, spatha biflora, nectario brevissimo scarioso. Curt. mag. 1. 7. Dod. pempt. 223. f. 2. Park. theat. 4. t. 75. L. 1. Hab. in Hispania, Anglia. ☞

14. *calathinus*, spatha multiflora, nectario campanulato subæquante, petala foliis. Sp. pl. 415. Rudb. elys. 2. p. 60. f. 5. Hab. in Europa australi, Oriente. Nectar. longitudine petalorum. ☞

15. *Tazetta*, spatha multiflora, nectario campanulato plicato truncato triplo petalis alterne latioribus brevioribus, foliis planis. Willd. p. 30. Desf. Atl. 1. p. 282. Knarr. del. 1. t. N. 3. Rudb. 57. f. 11. Hab. in G. Narbonensis, Lusitaniæ, Hispaniæ maritimis subhumidis. Petal. apice focculo lanato.

16. *dubius*, spatha multiflora, nectario campanulato truncato triplo petalis ovatis æqualibus brevioribus. Willd. p. 40. Gouan. illustr. p. 22. Rudb. 2. t. 51. f. 2. Hab. Montspeli. Tazetta duplo humilior. Folia linearia. Nectar. campanulatum album integerrimum triplo brevius petalis. G. ☞

17. *viridiflorus*, spatha multiflora, nectario campanulato brevissimo, petal. linearibus, fol. teretibus fistulosis. Schousb. l. c. t. 11. Cresc. in locis elevatis saxosis, humidis juxta Tingidem Scapus teres, stiferus primum prodit, dein folia. Petal. cinereo-viridia. Flor. oct., novembr.

18. *serotinus*, spatha multiflora, nectario brevissimo integro crenulato, petal. lanceolatis, fol. linearib. canaliculatis. Schousb. Maroc. 1. p. 149. Desf. Atl. 1. p. 281. N. autumnalis minor. Clus. hist. t. 252. Hab. in Europa australi et in Barbaria. Scap. subanceps. Petal. nives. Flor. autumn.

19. *Bulbocodium*, spatha uniflora, nectario turbinate petalis majore, genitalibus declinatis. L. Curt. mag. t. 88. Rudb. 2. p. 75. f. 5, 7. Les Liliacées. Hab. inter Ulyssiponem et Hispalim. Fol. subulata. ☞

20. *Ionquilla*, spatha multiflora, nectario campanulato laevi, fol. subulatis. L. Curt. mag. t. 15. Hab. inter Hispaniam et Gades, inter Guadalouparam et Toletum, et in Oriente locis uliginosis. ☞

781. **PANCRATIUM**. *Cor.* infundibuliformis: tubo longo. *Petala* 6. *Nectar.* (cor. limbus interior) 12-fidum. *Stam.* nectario imposita.

1. *scytanicum*, spatha uniflora, petalis reflexis. L. Willd. Sp. II. p. 41. Herm. lugdb. 691. t. 693. Comm. hort. 1. p. 75. t. 38. Rudb. p. 179. f. 7. Hab. in India. ☞

2. *mexicanum*, spatha biflora, fol. lanceolatis, nectarii dentibus sex staminiferis, intermediis simplicibus. Willd. p. 42. P. spatha biflora. L. Hort. cliff. 133. Dill. elib. 299. t. 222. f. 289. Hab. in Mexico et Carolinae inundatis. Michaux. *Stam.* calycem subsequantia. ☞

3. *humile*, spatha biflora, fol. filiformibus, nectarii dentibus sex obtusis bifido-emarginatis non staminiferis. Willd. Cav. ic. 3. p. 4. t. 207. f. 2. Hab. in Hispania. *Flor.* absque fol. octobri. ☞

4. *caribaeum*, spatha multiflora, fol. lanceolatis. L. Hort. cliff. 133. Mart. cent. 27. t. 27. Hab. in Jamaica, Caribaeis. ☞ †

5. *maritimum*, spatha multiflora, petalis planis, fol. lingulatis, *stam.* brevissimis. Mill. t. 197. Cavan. ic. 1. p. 41. t. 56. Les Liliacées. t. 8. Salisb. in Act. Soc. Lin. Lond. 2. p. 70. t. 9.

β ? *carolinianum*, spatha multiflora, foliis linearibus, staminibus nectarii longitudine. L. Catesb. carol. 2. app. 5. t. 5. Rumph. 6. t. 70. f. 2. Hab. in Hispania et Gallia meridionali et β. in utraque India. *Stylus* declinatus. *Filam.* inflexa. ☞

6. *fragrans*, spatha multiflora, fol. ellipticis, nectarii dentibus sex staminiferis, intermediis nullis. Willd. p. 43. Salisb. l. c. p. 72. t. 11. Trew. Ehret. t. 28. Hab. in Barbados. ☞

7. *littorale*, spatha multiflora, foliis linearibus lanceolatis, nectarii dentibus sex staminiferis, spatio intermedio repando. Willd. p. 43. Salisb. p. 74. t. 13. Jacq. hort. 3. p. 41. t. 75. et amer. pict. t. 101. Trew. Ehret. p. 6. t. 27. Hab. in insula Terra-Bomba dicta Americae calidioris. ☉

8. *speciosum*, spatha multiflora, fol. ellipticis, nectar. dentibus sex staminiferis, intermediis simplicibus acutis. Willd. p. 44. P. *Cor.* tubo triangulo rare striato. Salisb. Act. p. 73. t. 12. Hab. . . ☞

9. *declinatum*, spatha multiflora, scapo compresso ancipiti, cor. laciniis tubum excedentibus, fol. lingulatis. Jacq. amer. ed. picta. t. 102. Jacq. hort. 3. p. 11. t. 10.

Commel. hort. t. 87. Hab. in Antillis. *Scap.* demum declinatus.

*Obs.* An P. caribaeum. Lin. eadem species? Vid. Enc. bot. 4. p. 733.

10. *illyricum*, spatha multiflora, fol. lanceolatis, nect. dentibus sex acutis bifidis non staminiferis. Willd. p. 45. P. spatha multiflora, fol. ensiformibus, staminibus nectario longioribus. Salisb. l. c. p. 74. t. 14. Seb. thes. 1. p. 17. t. 8. f. 1. Hab. in Galliae maritimis. ☞

11. *amboinense*, spatha multiflora, fol. cordato-ovatis acutis, nectarii dentibus sex acutis bifidis non staminiferis. Willd. Rudb. elys. 2. p. 238. f. 17. Hab. in Amboina. ☞

12. *croceum*, spatha triflora, fol. lingulatis incurvis, tubo corollae incurvo. Enc. bot. 4. p. 735. Hab. in Peruvia. *Cor.* crocea. An diversum a n<sup>o</sup>. 16? †

13. *ringens*, spatha subquinqueflora, flor. ringentibus, nectar. brevi, staminibus corollae longitudine, foliis ensiformibus acuminatis. Flor. Peruv. 3. p. 53. Colitur in Peruviae hortis. *Petala* reflexa, alba. *Nect.* viride. ☞

14. *flavum*, spatha multiflora, stamin. cor. longioribus, tubo nectario coarctato, petal. patulo-reflexis. Flor. Peruv. 3. p. 54. t. 284. Hab. in Peruv. collib. arenosis. ☞

15. *coccineum*, spatha multiflora, *stam.* cor. longitudine, tubo nect. tenui, petal. erectis. Flor. Peruv. l. c. t. 285. Hab. in colhb. ad Tarmae oppidi tractus. *Cor.* coccinea. ☞

16. *recurvatum*, spatha 1-3-flora, tubo nectar. gracili recurvato, fol. ensiformibus. carinatis. Flor. Peruv. l. c. t. 285. In Peruviae praeruptis. *Bulb.* extus purpurascens. *Cor.* cernua, purpureo-lutescens. ☞

17. *latifolium*, spatha multiflora, flor. dependentibus, fol. lanceolato-oblongis latis. Flor. Peruv. l. c. t. 284. Habit. in Peruv. Andium nemorosis humidis. *Petal.* luteo-rubra, apice viridia. ☞

18. *viridiflorum*, spatha 4-5-flora, limb. nect. longitudine petalor., fol. ensiformibus. Flor. Per. p. 55. Hab. in Peruv. nemorib. et locis petrosis. *Flor.* magni, pulchri.

19. *variegatum*, spatha 4-flora, flor. longissimis, nect. limbo brevissimo, denticulis furcatis retroflexis. Flor. Peruv. l. c. Flor. spithamaei, cernui, ex luteo, roseo albo-viridique colore variegati. ☞

782. CRINUM. *Cor.* supera, infundibuliformis, semisextida: tubo filiformi, limbo patulo recurvato: laciniis subulatis canaliculatis. *Filamenta* fauci tubi inserta, discreta. (*Semina* ad basin cor. vivipara. *Andrew.*)

1. *asiaticum*, fol. linearibus acuminatis carinatis, floribus sessilibus, tubo limbo longiore, spatha diphylla. Willd. Sp. II. p. 45. Mill. dict. t. 110. Amaryllis vivipara. Lam. enc. t. p. 123. Hab. in Malabar, Zeylona, America. Bulbi intra capsulas generantur. L. ¶

2. *americanum*, fol. oblongo-lanceolatis, margine glaberrimis, apice coarctato-unguiculato, flor. pedicellatis, tubo limbo brevior. Ait. Kew. t. p. 413. C. radice fasciculari. L'Hérit. sert. angl. 8. Comm. rar. 14. t. 14. Dill. elth. t. 161. f. 195. Hab. in Amer. Cor. limbus reflexus.

3. *erubescens*, fol. lanceolatis cartilagineo-crenatis apice producto explanato, flor. sessilibus, tubo limbo longiore. Ait. Kew. t. p. 413. Les Liliacées. t. 27. C. Commelini, cor. apicibus introrsum uncinatis, fol. linearibus canaliculatis. Jacq. hort. Schoenb. 2. p. 40. t. 202. Commel. rar. 15. t. 15. Hab. in America calidior. ¶

4. *giganteum*, fol. flaccidis undulatis, flor. sessilibus umbellatis, petalis concavis. *Andrew.* t. 160. Hab. in Africa prope Sierra Leone. Pet. albidia. Stam. et pistil. declinata.

5. *urceolatum*, spatha multiflora, flor. campanulato-urceolatis pendulis, tricoloribus, fol. oblongis petiolatis. Flor. Peruv. 3. p. 58. t. 287. Hab. in Andium memorib. prope Pozuzo. Cor. a medio ad basin lutea, superne viridis, marginibus albis. ¶

6. *bracteatum*, fol. oblongo-lanceolatis basi attenuatis, margine cartilagineis glabris, apice subcallosis; flor. pedicellatis, tubo limbo brevior, spatibus numerosis longioribus. Willd. p. 47. Hab. . . ¶

7. *nervosum*, fol. subrotundis nervosis, filamentis basi dilatatis petiolatis. L'Hérit. sert. angl. 8. Amaryllis rotundifolia. Lam. enc. t. p. 124. Rumph. 6. t. 70. f. 1. Hab. in Philippinis. Scapus multiflorus polyphyllus. ¶

783. AGAPANTHUS. *Cor.* infera, infundibuliformis, regularis, sexpartita.

1. *umbellatus*, scapo fol. linearibus longiore, flor. umbellatis, tubo brevissimo.

Willd. II. p. 47. Les Liliacées. t. 4. L'Hérit. sert. angl. Manilia linearis, fol. linearibus scapo brevioribus. Thunb. prod. 60. Mill. ic. t. 210. Hab. ad Cap. b. spei. ¶

2. *ensifolius*, scapo fol. lanceolatis brevior, flor. racemoso-umbellatis. Manilia ensifolia. Thunb. prod. 60. t. 3. Cam. priore. ¶

784. EUSTEPHIA. *Cor.* supera tubulosa cylindracea bifida. *Nect.* foveæ 6 in tubo corollæ. *Filam.* tricuspidata, discreta.

1. *coccinea*. Cav. ic. 3. p. 20. t. 128. Hab. . . Habitu Cyrtanthi, sed nectaris et staminibus distincta. Fol. linearia. Flor. utantes umbellati. W. ¶

785. CYRTANTHUS. *Cor.* supera incurva, tubulosa, clavata, sexfida: laciniæ ovato-oblongæ. *Filamenta* tubo inserta, apice conniventia.

1. *angustifolius*, fol. linearibus canaliculatis, cor. tubo cylindraceo. Willd. p. 48. Ait. Kew. t. p. 414. Curt. mag. t. 271. Crinum angustifolium. I. in. suppl. 195. Amaryllis cylindracea. L'Hérit. sert. angl. 15. Hab. ad Cap. b. spei. Fl. purpurei. ¶

2. *ventricosus*, fol. linearibus plasis strictis, cor. tubo ventricosissimo, staminibus adscendentibus. Willd. p. 49. C. angustifolius. Jacq. hort. Schoenb. 1. p. 40. t. 26. Hab. ad Cap. b. spei. Cor. limbus planus. †

3. *obliquus*, fol. lineari-lanceolatis obtusis planis oblique flexis, cor. tubo obverse conico. Willd. *Andrew.* t. 265. Jacq. hort. Schoenb. 1. p. 39. t. 75. Crinum. Lin. suppl. 195. Amaryllis umbellata. L'Hérit. sert. angl. 15. t. 10. Flor. coccinei, limbo virescente. ¶

786. AMARYLLIS. *Cor.* varia hexpetaloidea irregularis. *Filamenta* fauci tubi inserta declinata (aut recta) inæqualia proportionem vel directionem.

\* *Spatha uniflora.*

1. *lutea*, spatha uniflora, corolla campanulata aequali, staminibus strictis. Lin. Syst. Veg. 329. Willd. Sp. t. p. 50. Colchicum luteum majus. Bauh. pin. 60. Hab. in Hispania, Italia, Thracia. Flor. autumnum. Flor. lutei.

2. *Atamasco*, spatha bifida uniflora, cor. campanulata aequali, pistillo declinato.

Les

*Les Liliacées.* t. 3r. Catesb. car. 3. p. 12. t. 12. Pluck. alm. 220. t. 42. f. 3. Moris. t. 4. t. 24. f. 4. Hab. in Virginia. Fl. vere. Flor. albidis subsessile.

3. *aurca*, spatha 1-flora, cor. campanulata patentiuscula, stam. erectis, stylo declinato, bulbo bulbillis obvallato. Flor. Peruv. 3. p. 56. t. 286. f. a. Hab. in arvis, inter segetes in Peru. ¶

4. *Sammaea*, spatha 1-flora, cor. laciniis semiconvolutis superne patentibus reflexis, genitalibus brevibus erectis. Flor. Peruv. 3. l. c. fig. b. Feuill. Obs. t. 3. p. 29. t. 21. Cum priore, cui valde affinis dicitur. Cor. *Sammaeo-coccinea*. ¶

5. *pumilio*, spatha diphylla uniflora, cor. infundibuliformi aequali, laciniis revolutis, staminib. inclinatiss., alternis brevioribus. Ait. Kew. Hab. ad Cap. b. spei. Cor. albida notata, interne lincis sex rubris. Stigma trifidum, lacinae lineares rubicundae apice albae. Ait.

6. *tubispatha*, spatha monophylla tubulosa bifida uniflora, pedunculo spatha duplo longiore. L'Herit. sert. angl. 9. Hab. in Bonaria. ¶

7. *tubiflora*, spatha uniflora diphylla, cor. infundibuliformi, tubo longissimo. L'Herit. sert. angl. 10. Feuill. peruv. 3. p. 29. t. 20. Hab. in Lima, Chancas arenosis. ¶

8. *maculata*, spatha uniflora diphylla lineari, flore pedunculato, genitalibus declinatis. L'Herit. sert. angl. 10. Hab. in regno. Chilensi. Scapus punctis lineatis maculatus. ¶

9. *chilensis*, spatha uni- seu biflora sub-bifolia, flor. pedunculatis, fol. linearibus. L'Herit. sert. angl. 11. Feuill. peruv. 3. t. 21. Cum priore. Flor. purpurei. ¶

10. *clavata*, spatha uniflora diphylla subulata, cor. clavata. L'Herit. sert. angl. 11. Willd. p. 52. Hab. in Africa australi. ¶

11. *formosissima*, spatha uniflora, cor. inaequali, ringente, petalis tribus genitalibusque declinatis. L. Les Liliacées. t. 5. Dill. elth. 195. t. 162. f. 196. Rudb. 2. f. 10. Hab. in America meridionali. Flor. purpureascent, fol. anteriores bif.

\*\* *Spatha biflora.*

12. *reginae*, spatha subbiflora, cor. basi tubulosis campanulatis quinquepartis, fauce tubi hirsuta. L'Herit. sert. 12. Mill. dict. t. 24. Hab. in Caribaeis. ¶

13. *speciosa*, spatha subbiflora, cor. erectis basi tubulosis campanulatis semi-

quinquefidis, fauce tubi glabra. L'Herit. sert. angl. 12. A. elata. Jacq. Schoenb. t. 62. A. purpurea. Ait. Willd. p. 51. L. i. suppl. 195. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. sanguineo-purpurei magni umbellati. L. ¶

14. *linearis*, fol. linearibus, cor. campanulatis, laciniis duabus angustioribus. Willd. Crinum lineare. Lin. suppl. 195. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. magni, albi. ¶

15. *equestris*, spatha subbiflora, pedicellis erectis sparsis brevioribus, tubo filiformi horizontali, limbo oblique paulo sursum curvo, fauce pilosa. Ait. Kew. t. p. 417. Jacq. Schoenb. t. p. 33. t. 63. Herm. parad. 194. t. 194. Merian. surinam. t. 22. Hab. in America calidior. ¶

16. *reticulata*, spatha subbiflora, cor. basi tubulosis nutantibus, fauce tubi glabra, scapo compresso, fol. oblongis basi attenuatis. Ait. Kew. t. p. 417. Andrew. t. 179. Hab. in Brasilia. ¶

17. *tatarica*, spatha subbiflora, cor. subcampanulatis profunde sexpartitis, lacinia suprema angustissima, inferiore obovata acuminata, fol. linearibus scapo longioribus. Willd. p. 54. Pell. itin. 3. app. n°. 85. t. D. f. 1. Hab. in Sibiria. Cor. fere hexapetala.

\*\*\* *Spatha multiflora.*

18. *Belladonna*, cor. erectiusculis hexapetalis laciniis planis, scapo compresso, fol. acute caliculatis obtuse carinatis glaberrimis. Ait. Kew. A. spatha multiflora, cor. campanulatis aequalibus ungue reflexis, genitalibus declinatis. L. Seb. thes. 1. p. 25. t. 17. f. 1. Hab. in Caribaeis, Barbados, Surinamo. Bulbus viridis. Cor. campanulata, incarnata: fundo viridi-albicante. Pet. 3. interiora basi ciliata. Styl. ruber. Lin. †

19. *miniata*, spatha 2-4-flora, cor. campanulatis ringentibus: lacinis suprema retroflexa; infima angustiori, genital. decumbentibus. Flor. Peruv. 3. p. 57. Hab. in Andium nemorib. ad versuras et in hortis. Cor. incarnato-miniata. Bulbus sectus et aeri expositus statim minii colorem acquirit. l. c. ¶

20. *bicolor*, spatha 6-12-flora, cor. subcampanulatis rubris apice virescentibus nectar. bicornibus. Flor. Per. 3. p. 57. Hab. in praeruptis Tarmae, etc. ¶

21. *vittata*, flor. pedicellatis, cor. cuneiformi-infundibuliformibus, petalorum exteriorum rachibus interiorum margine adnatis, scapo tereti, stigmatibus sulcatis

Ait. Kew. 1. p. 418. Curt. mag. 2. 159. Les Liliacées. t. 10. L'Herit. sert. t. 15. ¶

22. *falcata*, flor. umbellatis longius pedunculatis sexpartitis, fol. falcatis, margine cartilagineo muricato discoloro. L'Herit. sert. 13. Crinum falcatum. Jacq. hort. 3. p. 34. t. 60. Hab. ad Cap. b. spei. ¶

23. *ornata*, flor. sessilibus, cor. basi tubulosis, tubo spathis limboque longiore curvo, limbi laciniis oblongis aristatis, lacina infima divaricata, concava. Ait. p. 418. Hab. in Guinea. ¶

24. *longifolia*, flor. pedicellatis, spatha 12-20-flora, cor. basi tubulosis, tubo curvo brevi, limbi laciniis lanceolatis obtusis, fol. lato-subulatis canaliculatis apice faccidis. Ait. p. 419. Euret. pict. t. 13. Jacq. ic. 2. t. 362. Herm. parad. t. 195. Hab. ad Cap. b. spei. ¶

25. *montana*, spatha multiflora, fol. lineari-subulatis, petalis alternis mucronatis, genitalibus erectis. Billard. ic. pl. syr. 2. p. 5. t. 1. Hab. in alvis montibus Libani. Cor. caerulea. Singularis scapo folioso, spatha terminati multiflora et axillaribus unilioris. Willd. p. 56. ¶

26. *zeylanica*, spatha multiflora, cor. reclinatius, tubo filiformi longissimo; laciniis uncinatis. L'Herit. sert. angl. 13. A. bullisperma pericarpio bulbifero. Burm. prod. 19. A. lineata. Lam. enc. 1. p. 123. Crinum zeylanicum. Lin. enc. pict. 3. f. 2. Trew. Euret. t. 13. Tulipa javana. Rumph. 5. t. 105. Hab. in India orientali. Flor. odorati, candidi, striis purpureis. ¶

27. *revoluta*, flor. pedicellatis, cor. basi tubulosis, tubo filiformi brevi curvo, fol. linearibus angustis canaliculatis longis ab ortu faccidis. Ait. Kew. 1. p. 419. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. suaveolentes. ¶

28. *latifolia*, spatha multiflora, flor. pedicellatis basi tubulosis, fol. oblongo-lanceolatis. L'Herit. sert. angl. 14. Rheed. 11. t. 39. Rudd. f. 12. Hab. in Indiæ arenosis. ¶

29. *aurea*, spatha multiflora, cor. basi tubulosis sexpartitis, laciniis linearibus undulatis, genitalibus declinatis, cor. longioribus. L'Herit. angl. p. 14. Les Liliacées. t. 61. Jacq. Schoenb. 1. p. 38. t. 73. Hab. in China. Fol. linearia. Cor. lutes. Limbi laciniis lineari-lanceolatis apice incrassatae subuncinatae. Ait. ¶

30. *orientalis*, spatha multiflora, flor. pedicellatis sexpartitis pedunculatis sesquipedioribus irregularibus, germinibus cuneiformibus angulatis. Ait. Kew. 1. p. 420. Jacq. Schoenb. 1. p. 39. t. 74. Moris. 4. 4.

t. 10. f. 35. Brunswigia. Heist. monog. c. 6. Hab. ad Cap. b. spei. Fol. linguiformia. ¶

31. *sarwienis*, spatha multiflora, cor. revolutis, genitalibus erectis. L. Euret. select. t. 9. f. 3.

β. *capensis (sarwienis)*, spatha multiflora, cor. patentissimis apice reflexis, genitalibus rectiusculis cor. longioribus, fol. linearibus subcanaliculatis obtusis glaucis. Andrew. t. 163. Hab. in Japonia, nunc in Sarsia insula Angliæ, ubi per naufragium deponata. β. ad Cap. b. spei.

32. *Fothergillii*, spatha multiflora, cor. hexapetala revoluta, general. erectis, fol. linearibus subcanaliculatis obtusis glaucis. Andrew. t. 163. Hab. in China.

Obs. Ob cor. radiatam et stam. recta cum priore distinctum efficere meretur graus.

33. *marginata*, petalis oblongis revolutis, genitalibus rectiusculis cor. longioribus, fol. linguatis humi adpressis cartilagineo-marginatis. Willd. p. 59. Jacq. Schoenb. 1. p. 34. t. 65. Hab. ad Cap. b. spei. Fol. Haemanthi coccinei. W. ¶

34. *curvifolia*, petalis oblongis undulatis revolutis, genitalibus cor. longioribus rectiusculis, fol. strictis lineari-camiformibus canaliculatis. Willd. Jacq. l. c. t. p. 33. t. 64. Ad Cap. b. spei. ¶

35. *undulata*, petalis linearibus canaliculatis undulatis, genitalibus deflexis cor. brevioribus, stigmate obsoleto. Ait. 1. p. 420. Jacq. hort. 3. p. 11. t. 13. ¶

36. *radiata*, petalis lanceolatis undulatis erectis, genitalibus deflexis divergentibus cor. duplo longioribus, stigmate obsoleto. Andrew. t. 95. Hab. in China. Facis Gloriosæ; at stigm. integrum.

37. *humilis*, spatha tri- seu quadriflora, petalis lanceolatis subringenti-patentibus, apice undulato-reflexis, infimo divaricato, genitalibus adscendentibus petal. brevioribus, fol. linearibus obtusis glabris nudis planis. Willd. p. 60. Jacq. Schoenb. 1. p. 36. t. 63.

38. *seriosa*, spatha multiflora, petalis lanceolatis subringenti-patentibus, apice undulato-reflexis, infimo divaricato, genitalibus adscendentibus petalis brevioribus, fol. linearibus obtusis concavis passulato-punctatis. Willd. Hab. ad Cap. b. spei.

39. *radula*, spatha multiflora, petalis patentissimis, infimo divaricato, fol. facis ad ores muricato-asperis prostratis. Jacq. hort. Schoenb. 1. p. 35. t. 68.

40. *striata*, spatha multiflora, cor. campanulatis aequalibus apice reflexis, fol.



subovatis, dorso striatis. Jacq. hort. Hab. ad Cap. b. spei. ¶

41. *crispa*, spatha pauciflora, petalis patentissimis crispis, fol. linearibus angustissimis. Jacq. Schoenb. t. p. 37. t. 72. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. minutissimi. ¶

42. *stellaris*, spatha multiflora, cor. patentibus planis, tubo brevissimo, stam. inaequalibus divaricatis cor. brevioribus, stylo recto, fol. linearibus erectis. Willd. p. 61. A. spatha multiflora, petalis patentissimis, tribus alternis infra medium barbatis, fol. linearib. erectis. Jacq. Schoenb. t. p. 37. t. 71. Hab. ad Cap. b. spei. ¶

43. *caspia*, spatha multiflora, cor. campanulatis, tubo brevissimo, filam. erectis cor. longioribus, fol. lanceolatis undulatis. Willd. p. 62. Crinum caspium. Pall. itin. 2. app. n<sup>o</sup>. 105. t. O. ¶

*Obs.* Genus hocce speciosas complectens species, quoad corollae formam, divisionem et staminum directionem forte dividi debet.

787. MILLA. *Cor. infundibuliformis*, limbo sexpartito plano. *Antherae* fauci insertae. *Germen* pedicellatum. *Caps.* supera.

1. *biflora*. Cav. ic. 2. p. 76. t. 106. Millea. Willd. Sp. II. p. 62. Fol. linearia laxa. Cor. magna alba Sisyriachi.

788. BULBOCODIUM. *Cor. infundibuliformis hexapetala*; unguibus angustis staminiferis. *Caps.* supera.

1. *vernum*. Retz. obs. 2. t. 1. Rüd. elys. 2. p. 128. f. 2. Hab. in Hispania, Helv., Gall. et Russis. ¶

789. SOWERBEA. *Cor. infera*, hexapetala. *Filam.* tria biantherifera, tribus sterilibus interstinctis.

1. *juncea*. Smith, in Act. Soc. Lín. v. 2. Hab. in Australasia. Herba inodora, juncea, radice fibrosa. Scapus nudus umbellifer.

790. ALLIUM. *Cor.* 6-partita, patens. *Spatha* multiflora. *Umbella* congesta. *Caps.* supera. (Flor. capitati aut umbellati.)

\* *Fol. caulina plana. Umbella capsulifera.*

1. *Ampeloprasum*, caule planifolio um-

bellifero, umbella globosa staminib. tricuspidatis, petalis carina scabris. Lin. Willd. Sp. II. p. 63. Smith. Brit. 1. p. 335. Rüd. elys. 2. p. 151. f. 1. Hab. in Oriente et in insula Holms Angliae. Fol. unc. 1. fere lata margine denticulato-scabra. Sm. ¶

2. *Porrum*, caule planifolio umbellifero, staminib. tricuspidatis, radice tunicata, fol. basi vaginantib. Blackw. t. 421. Hab. in vineis Helvetiae et in hortis colitur. ¶

3. *lineare*, caule planifolio umbellifero, umbella globosa, staminibus tricuspidatis cor. duplo longioribus. L. dict. n<sup>o</sup>. 4. Gmel. sibir. 1. p. 56. t. 13 et 14. f. 1. Hab. in Sibiria. ¶

4. *suaveolens*, scapo nudo teretiusculo, fol. linearibus carinatis, umb. subrotunda, staminib. subulatis. Jacq. ic. rar. 2. t. 364. Collect. 2. p. 305. Hab. in Austria. ¶

5. *deflexum*, caule planifolio umbellifero, staminib. tricuspidatis, longitudine corollae, fol. angusto-linearibus, scapo declinato. Willd. p. 65. Hab. . . ¶

6. *rotundum*, caule planifolio umbellifero, staminib. tricuspidatis, umb. subglobosa, flor. lateralibus nutantibus. Hab. in Europa austr. ¶

7. *Victorialis*, caule planifolio, umbellifero, umb. rotunda, staminib. lanceolatis corolla longioribus, fol. ellipticis. L. Blackw. t. 544. Hab. in alpinis. Flor. saescent.

8. *subhirsutum*, caule planifolio umbellifero, fol. inferioribus hirsutis, staminib. subulatis. L. fol. radicalibus subhirsutis, caulinis glabris, floribus umbellatis. Hall. all. 18. Hab. in Africa, Italia, Hispania, Oriente. ¶

9. *magicum*, caule planifolio umbellifero, ramulo bulbifero, staminib. simplicibus. L. Sauv. monsp. 18. Hab. . . Fol. radicalia canaliculata ampla. ¶

10. *obliquum*, caule planifolio umbellifero, staminib. filiformibus flore triplo longioribus, fol. obliquis. L. Jacq. ic. rar. 1. t. 62. Misc. 2. p. 308. Gmel. sibir. 1. p. 49. t. 9. Hab. in Sibiria. Umb. globosa, primo nutans. ¶

11. *ramosum*, caule subplanifolio umbellifero, staminib. subulatis longioribus, umb. globoso, fol. linearibus subconvexis. L. Gmel. sib. 1. p. 52. t. 11. f. 1. Cum priore. E medio caule ex ala, folio opposito, ramus nudus, longitudine caulis. L.

12. *tataricum*, caule planifolio umbellifero, foliis semicylindricis, staminibus

simplicibus, umb. plana. Lin. suppl. p. 106. Hab. in Sibiria. Caul. teres, semipedalis. ☞

13. *roseum*, caule planifolio umbellifero, umb. fastigiata, petalis emarginatis, staminibus brevissimis simplicibus. Desf. Atl. 1. p. 287. Magn. monsp. 11. t. 10. Rudb. clys. 2. p. 166. f. 17. Hab. Monspelii, Pedemonti in vineis et in arvis Algeriae. Flor. magni rubri. ☞

14. *graminifolium*, caul. umbellifero, umb. subglobosa, stam. simplicibus cor. longioribus, fol. angust-linearibus basi vaginantibus. Hab. prope Dax (Départ. des Landes) Thore. Caul. ultra pedalis. Cor. campanulata: carina rubra. Cum sequente non confundi debet.

15. *appendiculatum*, caul. umbellifero, stam. subulatis, petalis internis basi auriculatis, fol. angust-linearibus subcarinatis. Hab. in Pyrenaeis supra saxa. Flor. inodori albi. Ramond.

\*\* *Fol. caulina plana. Umbella bulbifera.*

16. *sativum*, caule planifolio bulbifero, bulbo composito, staminib. tricuspidatis. L. Moris. s. 4. t. 15. f. g. Hab. in Sicilia. ☞

17. *Scorodoprasum*, caule planifolio bulbifero, fol. crenulatis: vaginis acutipetibus, staminib. tricuspidatis. L. Hab. in Oelandia, Danis, Pannonia, Germania. ☞

18. *arenarium*, caule planifolio bulbifero, vaginis teretibus, spatha mutica, staminibus tricuspidatis. L. Flor. dan. t. 200. Rupp. Flor. jen. ed. Hall. 154. t. 2. f. 2. Hab. in Thuringia, Helvetia, Scaenia. Caul. ante aestivum cernuus. Petal. carina scaberrimula. ☞

19. *carinatum*, caule planifolio umbellifero, staminibus subulatis, spatha acuta longissima. A. umbella bulbifera, vagina bicorni, fol. carinatis. Hall. all. 27. t. 2. f. 2. Lob. ic. 156. Hab. in Germania, Helvetia, Carnioli. Spatha longissima. ☞

\*\*\* *Fol. caulina teretia. Umbella capsulifera.*

20. *Sphaerocephalon*, caule teretifolio umbellifero, fol. semiteretibus, staminibus tricuspidatis corolla longioribus. Mich. N. gen. 25. t. 24. f. 2. Hab. in Italia, Sibiria, Helvetia, Germania. ☞

21. *compactum*, caul. teretifolio, spatha brevissima abrupte acuminata, capit. sphaerico bulbis confertissimis. Thuill. Flor. Paris. p. 167. Hab. in sepib. et dumetis circa Parisios. Flor. purpurascens. A. *vibecati* affine.

22. *parviflorum*, caule subteretifolio umbellifero, umb. globosa, staminib. simplicibus cor. longioribus, spatha subulata. L. Hab. in Europa australi. Facie A. *sphaerocephali*. ☞

23. *Paltasii*, caule subteretifolio umbellifero difformi, staminib. simplicibus corollam aequantibus, stylo brevissimo. Murr. Com. : goett. 6. 1775. p. 32. t. 3. Hab. in Sibiria. Cor. exigua purpurea. ☞

24. *descendens*, caule subteretifolio umbellifero, pedunc. exterioribus brevioribus, staminib. tricuspidatis. L. Hall. all. n°. 11. t. 2. f. 1. Rudb. clys. 2. p. 160. f. 20. Hab. in Helvetia. ☞

25. *moschatum*, caule teretifolio umbellifero, umb. fastigiata subsexflora, petalis acutis, staminib. simplicibus, fol. setaceis. L. Raub. prodr. 28. t. 28. Rudb. clys. 2. p. 166. Hab. in Galloprovinciae, Narbonae, Hispaniae apricis elevatis.

26. *flavum*, caule teretifolio umbellifero, flor. pendulis petalis ovatis, staminibus corolla longioribus. L. Jacq. astr. t. 141. Rudb. clys. 2. p. 157. f. 6. Hab. prope Fontainebleau, Monspelii, in Avaria. Caul. foliosus, rore glauco. Stam. simplicia. ☞

27. *pallens*, caule subteretifolio umbellifero, flor. pendulis truncatis, staminibus simplicibus cor. aequantibus. Gouss. illustr. 24. Colum. ephr. 2. p. 6. t. 7. f. 2. Hab. in Italia, Hispania, Monspelii, Pannonia. Cor. campanulata, truncata, alba. Stylus vix ullus.

28. *paniculatum*, caule subteretifolio umbellifero, pedunc. capillaribus cernuis, staminibus simplicibus, spatha longissima. L. Scop. carn. ed. 2. n°. 398. A. fol. teretibus, vagina bicorni, umbella pendula saepe purpurea. Hall. opus. n°. 25. cum ic. Hab. in Sibiria, Austria, Italia, Helvetia, Carnioli, Oriente. ☞

29. *odoratissimum*, bulbo tunicato poroso, fol. lineari-subulatis crassiusculis, spatha brevi s. byqualifida, flor. umbellatis non bulbiferis. Desf. Atl. 1. p. 287. t. 83. Hab. in arenis deserti prope Otsam et Toxer. Flor. hyme. ☞

30. *vineale*, caule teretifolio, bulbifero, staminib. tricuspidatis. L. A. radice multiplici, fol. fistulosis, capite sphaerico, bulbifero, staminibus alterne trifidis. Hall. herb. n°. 1221. Hab. in Germania, Helvetia et Anglia in pasuis et inter segetes. Spatha decidua. Stam. setis fuscis longis, extra florem eminentibus. ☞

31. *oleraceum*, caule teretifolio bulbifero, fol. scabris semiteretibus subius sulcatis, staminibus simplicibus L. Hall. all. n. 26. f. 2. Hab. in Suecia, Germania, Helvetia, Inghria. Spathae foliola basi ventricosa. ¶

\* \* \* *Folia radicalia. Scapus nudus.*

32. *nutans*, scapo nudo ancipiti, fol. linearibus planis, saminib. tricuspidatis. L. Porrum scapo antequam floruerit, nutante. Gmel. sibir. 1. p. 55. t. 12. Hab. in Sibiria. Stam. dentes obliterantur. Var. aetate et loco, ut vix dignoscatur. L. ¶

33. *ascalonicum*, scapo nudo tereti, fol. subulatis, umb. globosa, staminibus tricuspidatis. L. Moris. s. 4. t. 14. f. 3. Hab. in Palaestina. Statura fere A. Schoenoprasii. Petala ovato-lanceolata, caerulea. Stam. alterna latissima.

34. *senescens*, scapo nudo ancipiti, fol. linearibus subius convexis latibus, umb. subrotunda, staminib. subulatis. Lin. Gmel. sibir. 1. p. 53. t. 11. f. 2. Hab. in Sibiria, Sicilia, Silesia, Helvetia. ¶

35. *illyricum*, scapo nudo tereti, fol. mucari-lanceolatis planis, umb. fastigiata, staminib. subulatis. Willd. p. 76. Jacq. ic. 2. t. 365. Collect. 3. p. 273. Hab. in vineis et olivis Austriae littoralis. ¶

36. *odorum*, scapo nudo tereti sculo, fol. linearibus canaliculatis subius angulatis, umb. fastigiata. L. Hab. in Europa australi. Cor. albae, odoratae. Germina punctis excavatis. ¶

37. *inodorum*, scapo nudo subtriquetro, fol. linearibus planis subius carinatis, umb. fastigiata floriferis, staminib. simplicibus. Hab. in Carolina. Simile sequenti, sed duplo major. W. ¶

38. *angulosum*, scapo nudo ancipiti, fol. linearibus canaliculatis subius subangulatis, umb. fastigiata. L. Jacq. aust. 5. p. 11. t. 423. Gmel. sibir. 1. p. 58. t. 14. f. 2. Bauh. hist. 2. p. 564. t. 564. Hab. in Sibiriae, Germaniae humidiusculis et montosis. ¶

39. *fragrans*, scapo tereti, fol. linearibus carinatis obtusis contortis, pedune nudis, staminib. planis. Vent. Hort. Cels. p. 26. t. 26. Hab. in Africa. Umb. laxa. Flor. albi, striis purpureis, magni.

40. *striatum*, scapo nudo subtriquetro fol. linearibus subius striato-sulcatis brevioribus, umb. fastigiata, petalis obtusis, staminibus simplicibus. Willd. p. 77. Jacq.

ic. 2. t. 366. Collect. suppl. 51. Hab. ad Cap. b. spei. ¶

41. *narcissiflorum*, scapo nudo tereti, fol. linearibus subulatis longiore, umb. fastigiata, petalis mucronatis, staminibus simplicibus. Willd. A. caule nudo tereti, umbella terminati inclinata, petalis lanceolatis, staminibus simplicibus brevioribus. Villars. delph. 2. p. 268. t. 6. Hab. in Galliae australis montibus. ¶

42. *pedemontanum*, scapo subtrigono, fol. linearibus obtusis, umb. pauciflora. Willd. A. nigrum. Allion. pedem. n. 1881. t. 25. f. 1. Hab. in alpinis Pedemontanis. ¶

Obs. Ab A. nigro distinctum: fol. linearibus, umb. paucifloris, odore quum A. nigrum plane inodorum. Willd.

43. *nigrum*, scapo nudo tereti, fol. lanceolatis, umb. hemisphaerica, petalis patentibus, staminibus simplicibus. Willd. p. 78. Retz. obs. 1. p. 15. et 6. p. 2. A. multibulbosum. Jacq. aust. 1. p. 9. t. 10. A. monosperulatum. Gouan. illust. 24. t. 16. Desf. Atl. 1. Hab. Algiriae et in Galloprovincia. ¶

44. *canadense*, scapo nudo tereti, fol. linearibus, capitulo bulbifero. L. Kalm. it. 3. p. 79. Cir. Michaux. Flor. 1. p. 194. Hab. in Canada. ¶

45. *mutabile*, scapo tereti, fol. superne subsetaceo-convolutis saecidis, umb. submultiflora, staminibus simplicibus. Mich. l. c. p. 195. Hab. in Georgia meridionali. Interdum capitulum totum bulbiferum. M.

46. *ursinum*, scapo nudo triquetro, fol. ovato-lanceolatis petiolatis, umb. fastigiata. L. Flor. Jan. t. 57. Hab. in nemorosis et pratis humidis. Vere.

47. *clusianum*, scapo nudo tereti, fol. linearibus planis ciliatis, umb. pauciflora, petalis obovatis concavis. Retz. Willd. p. 79. Moly Minas. Clus. hist. 1. p. 192. fg. Hab. in Europa australi. Bulbus pisi magnitudine, ovato-turbinatus. Cor. candida. Stam. simplicissima. ¶

48. *triquetrum*, scapo nudo, foliisque triquetris, staminibus simplicibus. D. Rudb. elya. 2. p. 159. f. 16. Desf. Atl. 1. p. 288. Hab. in Hispania, circa Narbonam, et in Algeria. Fol. Sparganii, valde carinata. Cor. alba. ¶

49. *Cepa*, scapo nudo inferne ventricosio longiore fol. teretibus. L. Hab. ... ¶

50. *Moly*, scapo nudo subcylindrico, fol. lanceolatis sessilibus, umb. fastigiata. L. Moly flavo flore. Swert. flor. 1. t. 60. f. 20

Hab. in Hungaria, Baldo, Montepellii, Pyrenæis. ☞

51. *tricoecum*, scapo nudo semitereti, fol. lanceolato-oblongis planis glabris, umb. globosa, seminibus solitariis. Ait. Kew. 1. p. 428. Hab. in America boreali. ☞

52. *fastuosum*, scapo nudo adaequante folia teretia ventricosa. L. β? A. altaicum. Pall. itin. 2. app. n°. 206. Hab. ... β. in Sibiria. ☞

53. *Schoenoprasum*, scapo nudo adaequante folia teretia subulato-filiformia. L. A. radice multiplici, fol. radicalibus teretibus, scapi longitudine, flor. umbellatis cylindricis. Hall. helv. n°. 1226. Flor. dan. t. 971. Hab. in alpibus Sibiriae, Oelandiae. ☞

54. *sibiricum*, scapo subnudo tereti, fol. semiteretibus, staminibus subulatis, petal. lanceolatis acutis. Willd. p. 82. Murr. Comment. goett. 6. 1775. p. 33. t. 4. A. rosrum. Krock. Siles. t. 43. Burb. cent. t. 45. Hab. in Sibiria et in montibus Silesiae. ☞

55. *stellerianum*, scapo nudo tereti, fol. senicylindricis, umb. densis, staminibus subulatis cor. longioribus. Willd. Gmel. sib. 1. p. 63. t. 16. f. 1. 2. Hab. in Sibiria ad Jeniseam fluvium. ☞

56. *capillare*, scapo nudo tereti, fol. capillaceis, umb. pauciflora, petalis lanceolatis acutis. Willd. Cavan. ic. 3. p. 4. t. 206. f. 1. Hab. in regno Valentino. ☞

57. *setaceum*, scapo nudo tereti, fol. setaceo-subulatis ciliato-serratis, petal. ovato-lanceolatis apice emarginatis. Plant. Hongar. p. 70. t. 68. Hab. in lapidosis apricis in Hungaria. Valvul. spathae in mucronemproductae. ☞

58. *tenuissimum*, scapo nudo tereti, fol. lineari-subulatis, umbella pauciflora, petalis subrotundo-ovatis obtusis. Willd. Gmel. sibir. 1. p. 61. t. 15. f. 2. 3. Hab. in Sibiria. ☞

59. *gracile*, scapo nudo tereti longissimo, fol. linearibus canaliculatis, staminibus subulatis basi connatis. Ait. Kew. 1. p. 429. Hab. in Jamaica. Fol. narcissina. Petalis inferne cum staminibus connata in tubum viridem. A.

60. *Chamae-Moly*, scapo nudo subnullo, capsulis cernuis, fol. planis ciliatis. L. Cav. ic. 3. p. 4. t. 207. f. 1. Moris. s. 4. t. 16. f. 6. Desf. Atl. 1. p. 288. Hab. in Italia, Hispania et Algeria. ☞

LILIUM. Cor. 6-petala. campanulata: linea longitudinali

nectarifera, laciniis saepius reflexis. Caps. valvulis pilo cancellato connexis.

\* *Cor. campanulatis erectis.*

1. *cordifolium*, fol. cordatis petiolatis Willd. Sp. pl. II. t. p. 84. Thunb. in Act. Soc. Linn. Lond. 2. p. 332. Hemerocallis cordata. Thunb. Flor. jap. 143. Kaempf. t. 76. Hab. in Japonia. ☞

2. *longiscrum*, fol. sparsis lanceolatis, cor. tubulato-campanulatis, caule glabro Thunb. l. c. p. 331. L. candidum. Thunb. jap. p. 133. Hab. in Japonia prope Nagasaki et Misao. Caul. teres nodulosus. Differt a sequente: fol. basi latioribus, cor. triplo longiori cylindrica. A. L. bulbifero cor. maxima alba. Th. Conf. Andrew Rep. p. 194.

3. *candidum*, fol. lanceolatis sparsis basi attenuatis, cor. campanulatis intus glabris. Curt. mag. t. 278. Knorr. del. 1. tab. L. Blackw. t. 11. β. peregrinum, fol. sparsis, cor. campanulatis cernuis, petalis basi angustioribus. Mill. dict. n°. 2. Hab. sponse in Palaestina, Syria, Gades, Helvetia. Odor gratus, quod non in caeteris.

4. *japonicum*, fol. sparsis lanceolatis, cor. cernuis subcampanulatis. Thunb. jap. 133. Hab. in Japonia. Flor. terminales retrocervicari. Cor. campanulata alba palmaris.

5. *lanceifolium*, fol. sparsis lanceolatis, cor. erectis subcampanulatis. Thunb. Act. Linn. Lond. 2. p. 333. L. bulbiferum. Thunb. Flor. jap. p. 134. Hab. in Japonia. Caul. angulatus hirsutus. Cor. parvae unguiculatae albae. Axillae foliorum superiorum bulbiferum. Th.

6. *bulbiferum*, fol. sparsis trinerviis, cor. campanulatis erectis: intus scabris Jacq. Flor. austr. t. 226. Hab. in Europa australiore. ☞

β. *croceum*, fol. sparsis 5-nerviis, pedunc. simplicibus, bulbis o, petal. interne macul. nigris variegatis. Col. in hortis. Conf. Vill. 2. p. 275. An huc potius Jacq. Fl. austr. t. 226?

\*\* *Cor. revolatis.*

7. *Catesbaei*, fol. sparsis lineari-lanceolatis, caule unifloro, cor. erecta, postlonge unguiculatis margine undulatis, apice reflexa. Willd. l. c. p. 86. Walt. carol. 123. Michaux. 1. p. 197. L. spectabile. Seisb. Icon. rar. 5. t. 5. L. carolinianum. Lam. enc. 3. p. 514. Catesb. t. 58. Hab. in Carolinae humidiusculis. ☞

8. *spaciosum*, fol. sparsis ovatis petalatis; caule ramoso, ramis unifloris, flor.

rnuo, cor. revolutis intus papilloso-dentatis. Willd. Thunb. Act. Lin. Lond. 2. 332. Kaempf. t. 47. Hab. in Japonia. ☞

9. *pomponium*, fol. sparsis lineari-subulatis, flor. reflexis, cor. revolutis intus papilloso-dentatis. Willd. p. 87. Mill. dict. 2. 5. et ic. t. 65. f. 2. Knorr. del. 1. 4. L. fol. sparsis lineari-subulatis, apice sulis nudiusculo. Lam. enc. 3. p. 514.

β. *angustifolium*, fol. linearibus sparsis, pedunc. longissimis. Mill. dict. n. 6. ab. in Pyrenæis, Sibiria. ☞

10. *chalconicum*, fol. lineari-lanceolatis sparsis, flor. reflexis, cor. revolutis intus punctatis. Willd. L. fol. sparsis lanceolatis, caule usque ad apicem folioso. Lam. l. c. Hab. in Persia, Carniola. ☞

11. *superbum*, fol. imis verticillatis, aetis sparsis, flor. racemoso-pyramidalibus effixis, cor. revolutis. Lam. enc. 3. p. 515. Trev. Ehret. t. 11. Catesb. t. 56. Hab. in America septentrionali. ☞

12. *Martagon*, fol. verticillatis ovato-lanceolatis, flor. reflexis, cor. revolutis. Willd. p. 88. Jacq. austr. t. 351. Knorr. icl. 1. t. T. 6. β. L. flor. reflexis, alterum versutum. Bauh. pin. 87. Hab. in sylvia. Vere. ☞

13. *carolinianum*, glaberrimum, fol. nervis subverticillatis obovatis, ramis loriferis crassis ternatis, cor. reflexis maculosis. Michaux. Flor. 1. p. 197. In herbosis humidis Car. inferioris.

14. *canadense*, fol. verticillatis linearibus, flor. reflexis, cor. revolutis campanulatis. Willd. Michaux. 1. p. 197. B. rar. 778. t. 125. Moris. s. 4. t. 20. f. 9. R. e. c. l. y. s. 2. p. 177. f. 5. Catesb. t. 11. Hab. in Canada, et montib. Alleghensis Carolinae et Virginiae. Pedunc. terni. Cor. basi flavae, punctis atris.

15. *maculatum*, fol. sparsis et verticillatis lanceolatis glabris, cor. campanulatis intus maculatis, limbo reflexo. Thunb. in Act. Lin. Lond. 2. p. 334. L. canadense. Thunb. jap. 135. Hab. in Japonia. Cor. campanulata, limbo reflexo, incarnata, intus maculis purpureis. ☞

16. *camtschatcense*, fol. verticillatis, flore erecto, cor. campanulata, petalis sessilibus. L. Hab. in Canala, Camtschatca. ☞

17. *philadelphicum*, fol. verticillatis, flor. erectis, cor. campanulata, petalis unguiculatis. L. Mill. dict. n. 13. et ic. t. 165. f. 1. Hab. in Canada. ☞ +

792. FRITILLARIA. Cor. 6-petala, campanulata, supra nngues cavitate nectarifera. Stam. longitudine corollae. Sem. plana.

\* *Caps. trigonis. Bulbo uno super alterum.*

1. *persica*, racemo nudiusculo, foliis obliquis. L. Les Liliaceae. t. Hab. in Persia? Racem. longus. Flor. violacti, penduli.

2. *verticillata*, fol. verticillatis lineari-lanceolatis, caule unifloro. Willd. p. 91. Hab. in Sibiria. Fol. exsiccata apice oris-pantur ac si cirrho essent instructa. ☞

3. *pyrenæica*, fol. infimis oppositis, flor. nonnullis folio interjectis. L. Hab. in Pyrenæis, Russia. ☞

4. *Meleagris*, fol. alternis linearibus canaliculatis, caule unifloro. Willd. Flor. Dan. t. 972. Hab. in pratis Europa australioris.

Obs. Var. flor. albis (*praecox*), luteis maximis (*italica*) et atropurpureis (*serotina*.)

5. *latifolia*, fol. alternis oblongo-lanceolatis planis, caule unifloro. Willd. p. 92. Hab. ... Colitur in hortis. Fol. viridis, stigm. obtusa canaliculata. ☞

6. *plantaginea*, fol. radicalib. ovalibus nervosis petiolatis, caul. lanceolatis, caul. 1-floro. Lam. enc. 2. p. 550. Habit. in Oriente. +

\*\* Р И Л И У М. L. (*Imperialis*. Juss.) *Scapus* apice foliosus. *Caps.* angulis 6-acutis. Flor. et Sem. Fritillariae. Rad. tuberosa, basi fibrosa.

7. *imperialis*, flor. sub coma foliosa cernuis, fol. lineari-lanceolatis integerimis. Curt. mag. t. 194. Ptilium. Lin. Hort. Cliff. p. 119. F. it. racemo comoso inferne nudo. Lin. Willd. p. 90. *Imperialis* coronata. Le Bot. cultiv. 1. p. 447. Hab. in Oriente, Persia. Var. quoad color. floris et fol. albo-variegata.

β. *lutea*, major, flor. luteis patentiorib. interne non striatis. Lam. enc. 2. p. 549. Tournef. 372.

793. EUCOMIS. Cor. infera, 6-partita, persistens, patens. Fil. basi in nectarium adnatum conata. *Caps.* 3 locularis. Sem.

ovata. (Scapus coma foliosa distincta.)

1. *nana*, scapo clavato, fol. lato-lanceolatis acutis. Ait. Kew. 1. p. 432. Jacq. hort. Schoenb. t. p. 47. t. 92. Coll. 4. p. 213. *Fritillaria nana*. L. Hab. ad Cap. b. spei, cum sequentibus.

2. *bifolia*, scapo clavato, fol. ellipticis acutis geminis humi adpressis. Willd. Sp. pl. p. 92. Jacq. ic. s. t. 449. Collect. 4. p. 215.

3. *rexia*, scapo cylindrico, fol. linguiformibus obtusis humi adpressis. Ait. Kew. 1. p. 433. Frit. regia. Dill. elth. t. 92. f. 109. *Basilea coronata*. Lam. enc. 1. p. 382.

4. *undulata*, scapo cylindrico, foliis ovato-oblongis undulatis patentibus, comae fol. longitudine fere racemi. Ait. Kew. 1. p. 433. *Ornithogalum undulatum*. Thunb. prod. 62.

5. *punctata*, scapo cylindrico, fol. oblongo-lanceolatis canaliculatis patentibus, comae fol. brevibus, racemis longissimis. Ait. Kew. 1. p. 433. L'Herit. sert. angl. 18. t. 18. *Asphodelus comosus*. Houttuy. t. 83. Hab. ad Cap. b. spei. ¶

794. UVULARIA. Cor. 6-petala, erecta. Nect. fovea basae petali Fil. brevissima. (Flor. solitarii axillares.)

¶ *Stylus setaceus*. Stigm. 3, longa. Caps. compresso-trigona, 3-locularis. Sem. ad hilum arillata.

1. *hirta*, fol. amplexicaulib. hirtis, caule villosa. Thunb. Fl. jsp. p. 36. Habit. in Japonia. Caul. pilis longis hirsutus. Flor. ignoti. †

2. *lancoolata*, fol. perfoliatis ovato-lanceolatis acuminatis. Ait. Kew. 1. p. 434. Corn. canad. t. 41. Hab. in America boreali. ¶

3. *perfoliata*, fol. perfoliatis ovatis, caps. truncata. Michaux. p. 109. Moris. s. 13. t. 4. f. 12. Hab. in Virginia, Canada. ¶

4. *puberula*, fol. utrinque concoloribus ovalibus, basi rotundatis subamplexicaulibus, caps. sessili ovata. Michaux. Flor. 1. p. 199. Hab. in Carolinae montib. altis.

5. *sessilifolia*, fol. sessilibus lanceolato-ovalibus subtus glaucis, caps. stipitata ovata. Michaux. l. c. Hab. in Canada. ¶

6. *cirrhosa*, foliis sessilibus cirrhosis. Thunb. jsp. 136. Hab. in Japonia. ¶

\*\* *Staxtorus*. Cor. 6-petala subcampanulata. *Stigmata* brevissima. *Bacca* subglobosa, laevigata, carthacea. Sem. lilo nudo. Michaux.

7. *amplexifolia* (*distorta*), fol. amplexicaulibus, pedicel. solitariis, medio distorto - geniculatis. Michaux. Flor. 1. p. 200. (*Streptopus distortus*.) *Uvularia*. Lin. Willd. Sp. 11. p. 94. n<sup>o</sup>. 1. Moris. s. 13. t. 4. f. 11. Hab. in Europae montibus et in Canadae sylv. umbrosis. ¶

8. *rosea*, fol. amplexicaulibus serrulato-ciliolatis, anther. brevibus bicornibus. Michaux. p. 201. t. 18. sub *Streptopo*. Hab. in Carolinae et Canadae montibus. Flor. rosea.

9. *lanuginosa*, incana, fol. sessilibus subcordatis, pedicel. geminatis. Michaux. l. c. Hab. in altis montibus Carol. meridionalis. Flor. majusculi, virescentes.

795. GLORIOSA. Cor. 6-petala, undulata, reflexa. Stylus obliquus, apice trifidus.

1. *superba*, fol. cirriferis. L. Andrew. t. 129. Methonica. Herm. lucd. 688. t. 689. Les Liliacées. t. 26. Habit. in Malabar. Petala lanceolata, longa, lateribus undulata, coccinea, prope basin reflexa. Genitalia deflexa. ¶

2. *simplex*, fol. acuminatis. L. Hab. in Senegal. Fol. non cirrhosa. Flor. caerulei.

796. ERYTHRONIUM. Cor. 6-petala, campanulata: Nectario tuberculis 2, petalorum alternorum basi adnatis.

1. *Dens canis*. L. Gmel. sib. 1. p. 39. t. 7. E. fol. ovato-oblongis glabris nigromaculatis. Gron. virg. p. 151. Hab. in Europa australi, Sibiria et America septentrionali. ¶

797. TULIPA. Cor. 6-petala, campanulata. Stylus nullus.

1. *sylvestris*, caule unifloro glabro, flore (unicolore) subnante, petalis acuis apice barbatis, fol. lanceolatis. Willd. 2L. p. 96.

β ? *turcica*, flore erecto petalis lanceolato-acuminatis, fol. lanceolato-linearibus. Roth. catal. 1. p. 45. Willd. l. c. Hab. in partib. Filam. basi villosa. Var. flor. pleno. ¶

2. *suaveolens*, parvula, caule unifloro pubescente, flore erecto, petalis obtusis glabris, fol. ovato-lanceolatis. Willd. p. 97. Roth. catal. bot. 1. p. 45. Lobel. ic. 127.

Hab. in Europa australi. Hyeme aut primo vere ab anthophyllis in ollis colitur. Cor. flavo-coccinea variegata. ¶

